Anno domini· M·c quidã ciuis bartmone vrbis cum ad sanctũ iacobũ pueniss hoc solum ab ipõ petijt vt deinceps a nl' lis hostibus detineri poss· Rediens ergo ille ad ꝑpria ꝑ ciciliam a saracenis in mari capit· & ꝑ fora & nũdinas in·xiij·vrbibus paganis vendit & emi tur· & semꝑ cathene quibus ligatus fuerat soluebãtur· Xiij· venditõe arca crura duplicib? cathenis astrictus cum sanctũ iacobũ inclamaret appa ruit ei idem apostolus dicens· Quia cũ esses in ecclesia mea tantũ a me petisti liberatõem corporis tui & non anime salutem· ideo in his piculis lapsꝰ es· Sed quia domin? misertus est tui misit me ad te· vt etiam nunc eruam te· Et statim apostolo di sparente· ruptis cathenis vir ille solutus ꝑ vrbes & castella saracenorũ quandã ꝓtem cathene ferens in manibus in testimoniũ tanti miraculi ad terraz suam saracenis videntib? palã rediit· Cũqꝫ aliqs paganus ei obuians eum capere temptabat· mox visa cathena territus fugiebat· Multi etiam vrsi & leones leopdi & draconeꝫ ꝑ deserta gradientẽ ꝺ uorare volebant· sed statim visa cathena quã apostolus tetigerat recedebãt· Huncip̃m hominẽ cathenam i maib? ferentẽ & hoc narrãtem vidi ego ipe· Anno domini· M·c·xxxix· vir quidam nomine brun? de mizeliaco a sancto iacobo rediẽs numis deficientibus egere cepit· & non habens vñ saltẽ numatã panis emeret· Die quadã vsqꝫ ad nonam ieiunãs & mẽdicare erubescẽs tristis & anxi? valde fuit· Vnde sanctũ iacobum implorãs sub quadam arboze solus queuit· Ibi paululũ dormiens somniabat ꝙ sanctus iacobus eum pascebat· Euigilãs statim panem sub cinericiũ ad caput reppit de quo xv diebus bis in die sufficienter edebat· & altera die eundem panem in sacculo integrꝫ inuenit·

·XL· Item de eodẽ Calixtus papa·

Duper comes sancti egidij ponti? nomine cum fratre suo iuit ad sanctũ iacobum· quo puenientes rogauerũt edilẽ vt ante corpus apostoli ꝓmitteret eis vigilare· Consuetudo autem erat vt post solis occasum ianue eiusdez oratorij clauderentẽ vsqꝫ mane· Qui noluit· At illi tristes recesserũt ad hospitia sua· & ꝓgregãtes omnes pegrinos societatis sue pauerũt sibi lumiaria que tenerẽt in manibus· & cõfortati in fide venerunt ad ianuas clausas fere· cc· pegrini· & orantes dixerunt alta voce· Sancte iacobe si tibi placet pegrinatõ nostra api nobis oratoriũ tuũ· Nondum verba finierãt· & ecce ianue cũ tãto strepitu apte suut· vt putarẽt eas in mínutias fractas· Rupta sunt aũt repagula & sere & cathene quib? oberabanẽ· Quidam eps de grecia ste phanus nomine relicto epatu venit ad sanctum iacobũ in paupe habitu· & ibi facta est ei cellula de iuncis· i qua die noctuqꝫ ieiunijs· vigilijs· & oratõnib? intẽdebat Cunqꝫ oraret quadam die· turba rusticoꝝ iuxta cellulã eius apostolũ sic rogare cepit· Beate iacobe bone miles ab instantibus malis nos liberes· Qõ ille audiẽs increpãs eos dixit· O stulti rustici beatum iacobum nõ militem sed piscatoꝛẽ appellate· Eadem nocte beatus iacob? appuit ei in veste candidissima duas claues in manu tenẽs arma ferens fulgentissima vt radi? solis· quẽ tercõ vocãs ait· Stephane serue dei qui me nõ militẽ sed piscatorem vocari iussisti· ideo taliter tibi appareo· vt scias me deo militare· Et vt firmius hoc credas· cum his clauibus quas manu teneo portis colum brie vrbis aptis que· vij·ãnis a fernãdo rege xp̃ia norũ obsidione oppzimit· crastina die hora tercia i tromissis xp̃ianis eorũ reddam potestati & ita factum est· Ortum est aliquãdo bellũ fortissimũ inẽ comitem fontis calcarie & militem suum nomine guill'm· qui capt? est a comite & ante eũ adduct? quẽ cum comes decollari iussisset & miles clamaret· Iacobe apostole dei quẽ herodes hierosolimis gladio occidit adiuua me & libera me a spiculatoris gladio· Ter ictuz immensũ nudo collo erectis ad celum manibus sustinuit et nil lesus est· Tunc spiculator mucronem fixit in ventrez eius quẽ beatus iacobus sic bebetauit· ꝙ nec ictum eius sensit Tunc comes iussit eum in castro suo recludi· Cui beatum iacobũ inuocanti mane apostol? stans apparuit dicens· Ecce assum quẽ inuocasti· Tunc impleta est domus tanta suauitate odoris· vt omnes illi qui ibi erant putauerũt se esse in paradiso ꝓpter odorem & lucem que immensa ibi apparuit· Tunc in ipõ fulgore beatus iacobus eduxit eum coram omnibus manu tenens· & ꝓduxit eum vsqꝫ ad extremã portam castri custodib? quasi excecatis· & aptis ianuis piter vsqꝫ ad vnuꝫ miliariũ extra muros prexerunt· Tunc miles amore apostoli accẽs? prexit in galiciam ad visitandum corpus apostoli·

·XLI· De vindicta celesti in nõ observantes festum sancti iacobi·

Hec sunt miracla que olim beati iacobi festa non colentibus vltõne diuina opante euenerunt. Inter hispanos apud tudelionum die festo sancti iacobi· triticuz rusticus tota die in area excussit· qui aduespascente die balneuz quod iuxta idẽ castrũ miro ope a saraceno ãtiquo factũ est intrauit· Cunqꝫ in eo sederet· statim pellis dorsi eius ab humeris vsqꝫ ad crura balnei pietibus adhesit· cũctisqꝫ videntib? ob trãsgressionẽ tanti festi spiritum exalauit· Inter vascones apud albinetum· sancti iacobi diem plebs colere renuẽs tota die opabat· sed diuina vltione totũ castrum eius nocte sequenti cõsumptũ est igne nec fuit q̃ sciret ex qua pte ꝓgrederet ignis sed e celo dicit hueniss· In epatu bisumptiẽn bernard? ꝺ maiora eac die sancti iacobi tritici manipulos cum harzo

tota die vicinis otradicētib? duxit·& ad vespam eo sic opante tēpestuos? ignis ac valid? e celo veniens karzū manipulos & boues in cinerē redegit sed et mulieres quedā que cū illo erāt ab alijs supuenientibus m fonte pximo deportate sunt vt igs calorem euaderent·& vix euaserūt·Item harduī? eiusdem ville miles eodem die plaustrū suū cū manipulis tritici tota die duxit·sed vltō diuma boū oculos excecauit·Inter gothos puincia mōtis pessulani iussu cuiusdam militis mircorziensis rustica quedam apud villā sancti damiani die sancti iacobi panem subcinericiū fecit & coxit·quo allato ad mensam atqz cōfracto·corā cunctis discūbentib? sanguimolent? apparuit·Et dum magis frangerē magis ac magis sanguimē reiecit·A domīo factuz est istud rē·Hec de libello calixti pape dicta suffi ciant· XLII· ¶Actor ¶De fundatione cenobij boneuallis & eius abbate iohanne·

¶Helmandus·

RAlixtus iste ordinem cisterciēsem primus in territorio viennēsi plantauit in monasterio boneuallis·cuius cenobij primus abbas fuit iohannes lugdunēs·postea pōtifex valentinus·cuius dignitatis future psagiū fuit letissimum pulcerrima quedaz visio quam idē iohānes ante uersionem suam vidit hoc modo· ¶Gaufridus sup apocalipsim·¶Cum prima nostri ordinis cistercienſ iacerenē fundamēta·erat in ecclesia lugdunensi quidam clericus honest? & honorabilis iohannes·qui rumore celebri nostri ordinis cōpūctus tacitus secum pposuit in nostro se collegio sociandū·Qō pposito post paucos dies subeunte alia cogitatōne mutauit·& p quadā recōpensatōne talis ppositi pegrinatōz sancti iacobi aggressus est·Qua deuote cōpleta rediens a domesticis gratulabunde susceptus est·& fatigatus ex itinere in cubiculū se recepit·Quiescentiqz mox affuit in visu deus noster hiesus xps cū duobus apostol' beatis petro & iacobo·Quorū petrus in manu libzū tenebat·Quem pcepit domin? apiri·erat aūt scriptus aureis literis otinens nomia predestinatorum·Iussus ergo apostolus cepit legere·& cū ibi legeret nomen iohannis illius·Tolle ait dominus tolle·dele eum dele·quia meum se futurū pmisbat & resilijt a pmisso·Accedens aūt pius beat? iacobus & obsecrās dicebat·Domine·meus est pegrinus·ne deleas obsecro nomen eius·cui dominus·Meus inquit non pegrinus sed ciuis esse obuerat Nonne maius est ciuem esse meum qp tuū pegrinū Apostolus aūt iacobus psistens in supplicatione· Ne deleas inquit domine pijssime ne deleas eū obsecro·Ego tibi p eo fideiubeo faciet qō ppositū erat Et dominus ad eum·quādo faciet·Apostol? aūt Infra·xv·dies·Excitatus ad hec verba iohānes solo prosterniē·& fideiussori suo cum vberzima lacrimarum effusione gratias egit dicens·Faciā prsus apostole sancte faciam qō tam misericordiē p me pollicitus es·Non multo post fletū magnū iteruz obdormiuit·Iterūqz domin? cum duob? apostol' pdictis affuit·iussitqz iterum libzū apiri·ī quo audiuit idem iohannes beatū petrū legentē·murenulas aureas faciemus tibi vmiculatas argēto·Mox iohannes surgens & pfixum diem pueniēs adimpleuit votum·Hic fuit primus abbas cenobij boneuallis·& post ecclesie valentini antistes·cuius vita & moz multis mert is & miraculis claruit· plane merito israelitis mperatē qp in egiptū corde redierint·quādo iste iohānes qui a cisterciō corde resiliebat·iussus est deleri de libzo vite·Simul qz ostendendū nobis quanta deuotōne sanctorum nobis implorāda sint suffragia qui tam amicabiliē spondent p nobis·& tam efficaciter intercedunt

XLIII· ¶Qualiter northbertus pmonstratensis factus est archiepūs·¶Cronograph?·

QAlixto papa defuncto successit lambertus qui & honorius ostiensis episcopus ad quem pficiscēs pater northbertus & ab eo honorifice susceptus & que flagitabat digne psecutus·pthenopolis se futurum epm diuinitus agnouit·& rediens cum in die' pasche apud herbipolim in populi frequētia missam celebraret·ceca mulier ipō post sumpta misteria in oculis eius sufflante visum recepit·Vnde quidam diuites cōpuncti·se & sua deo reddiderūt·& ecclesiā ibidē edificantes·diuino cultui p manum pdicti patris eam mancipauerūt·Inde pmonstratū rediēs ī ecclesia beati martini que sita est in suburbio lauduni quēdam de suis dominū videlicet galterū abbatē primum psecrari fecit·cuius industria deo coopante eadem ecclesia tā in tpalibus qp in spūalib? intātū est in breui multiplicata vt famaz bone opinionis & ppagines sancte plantatōnis in exteras ac longinquas iā extenderit regiones·videlicet ī neruiā in flandriā·in angliā·in wasconiam·in gothiam·in hispaniā·in burgundiā·Defuncto aūt pthenopolis ciuitatis archiepō·Northbert? eligiē·& regali psequente oniuentia ad pfate vrbis puehiē sacerdotium·In pmonstratēsi aūt ecclesia successorē sibi hugonem qui ab imijtō pauptatis sue soci? fuerat ordinari fecit abbatem·Deniqz northbert? archiepūs vir potens in ope et sermone multorū monasteriorū fundator et sancte religionis eximi? p pagator·Innocentij pape catholici equissimu? fautor·petri vero scismatici iustissim? execrator·cum impatore limbero ab expeditōne italica regressus in ciuitatem suā.non multo post infirmitate corripitur·et in ea p spaciū·viij mensiū laborans epatu sapienter ac fideliter āministrato p annos·viij·astātibus fratrib? data benedictōne morie·Cum aūt de sepultura inter clericos maiozis ecclesie et fratres sancte marie contentō fieret· res ad impatorem delata est·et ex eius pcepto in ecclesia sancte marie cū filijs ac fratribus quos in xpō genuerat et xpō educauerat sepultus est cuius extitit ī xpō dormitō·viij·idus iulij· ·XLIIII· ¶De miraculosa victoria xpianorū ex saracenis·

DReterea anno domini·M·c·xxiiij·Baldui nus rex hierosolimorū a saracenis pūentus capiē·Qua de re mente excedentes vndiquersum euocati ad·lx·M·oglomeranē vt xpianos a finibus suis exterminent et apud ascalō impedimenta sua omendant·Xpiani vero in arto positi nichil spei nisi deum habentes·exemplo niniuitarū vtriqz sexui ieiuniū indicunt·pueris etiā lactentibus infantib?·vniuerso quoqz pecori pabula negātur·Dies pugne indicit·Procedūt xpiani cum militibus et peditibus vix ad triamilia estimati·principes gradiunē in frōte·s·patriarcha p vexillo ferens crucem xpi·Abbas olim cluniacenſ pontius pferens lanceam trāsfixam in latere xpi· Episcopus bethleemites ferens in pixide lac beate marie virginis·Saraceni vero qnaqzuersuz effusi ex omni latere in orbem circūcingunt·christianos nequis possit euadere·Duz ita in pmptu haberēt

xp̃iani vid̃ent do auſpice ſibi ſplendorẽ ſciſſo aere ſup paganos ſubito cecidiſſe·ſz ñ ꝓſperũ ſed ſatis nociuũ·q̃uis hunc ipſi ſaraceni non viderit·Ilico em̃ omniũ viriũ roboze eneruati·paſſim fugientes cedunt̃ non ſolum a viris ſed etiam a pueris & feminis·Perierũt in bello ſeptẽmilia·ſubmerſi ſunt in aquis quĩqzmilia·Omnes vero xp̃iani icolumes reuerſi·ſummũ & dulce epinichion reboãt deo in excelſis. ·XLV· ¶De ceteris miraculis illius tempozis·

ANno dommi M·c·xxv·hiems ſolito acerbioz & aggeſtu niuis ſepius decidẽtis nimis horrida & impozruna fuit·Multi em̃ pauꝑes infantes & mulieres nimietate frigoris defecerunt·In multis viuarijs piſces abſozpti ſũ glacie pierunt·Glacies em̃ adeo ſpiſſa erat & valida· vt vehicula onuſta ſup eum ducerent̃ & quaſi ſuper ſolum equitaret̃·In brachbãto anguille innumerabiles ꝓpter glaciẽ a paludibus exeũtes quod dictu mirum eſt in fenilib? fugientes latuerũt·Qz ibi etiã p̃ nimietate frigoris deficiẽtes putruerũt· Mozralitaſ quoqz animaliũ maxima fuit·hiemi ſucceſſit intempies aeriſ·nunc niue·nunc pluuia·nũc gelu alternati ſatis noxia vſqz ĩ medio marcõ·Poſtea diutĩo frigore & pluuia aeriſqz icõſtãtia·vix tãdem arbozes flozuerunt·Maio menſe vix tãdem gratia herbarũ & graminũ reuiguit viroze·Imbẽ vero ſingulis menſibus aſſidue decidu? ſata agrorum pene abſozpſit·Nam ſiligo & auene ꝓuentũ ſuũ ſatis ſunt ementite·multi quoqz ſacro igne adurunt̃ Tirus hebrea lingua ſoz dicta vrbs fenicis maxima & antiqua in cozde maris ſita·ſidoniozuz colonia negociatõ maris emptozium totius orbis vaticinio ꝓphetarũ celebzata·& carmĩbus poetarum inclita·olim quidẽ inſula·ſed a nabuchodonoſoz vel ab alexandzo ꝓpter expugnatõem multis in breui freto aggerib? ꝑoztatis terze otinens facta·pridẽ a nabuchodonoſoz expugnata & ptim captiuata·& poſtea ab alexãdzo penit? ðſtructa vſqz ad ſolum & dirupta Sed iuxta ꝓphetas p?. lxx·annoſ recdificata & in antiquũ ſtatũ reſtituta noſtris modo tpibus in fine mundi a xp̃ianis tẽra mariqz obſeſſa capitur·& chriſti imperio ſubiugatur· ·XLVI ¶Adhuc de eodẽ & de morte henrici impatoris·

ANno ſequenti hiems fuit aſpima·vj·hebdomadis otinua & valde noxia· fames valida·vbiqz magna vtriuſqz ſexus multitudine ꝓeunte· In albania ignobilis muliercula monſtz bis gemini cozpozis eſt enixa auerſis vultibus & cozpozib? ſibi coherens·ante quidẽ effigies homimis integro cozpiſqz mẽbrozz homine diſtincta·retro vero facies canis ſimiliter cozpis & mẽbrozum ꝓprietate integra·In brachbanto villa veriſca alia mulier enixa eſt·iiij·maſculos vno ptu· In geblacenſi prochia dum paterfamilias domica die mixturam ſegetũ p̃ penuria famis molerz ĩ vſ? familie·ſubito iuſta dei indignatõne arſit farĩa cũ putozis nigredine ad exemplũ poſteris ne quis p̃ſumat ſimile·Henricus impator matildẽ hẽrici regis anglozũ filiam accepit vxozem quã tamẽ poſt ea dimiſit·Ipe aũt (vt ferẽ)a quibuſdã nuſq̃ apparuit·Poſt hoc ipa matildis gaufrido comiti andegauenſi nupſit·Ex qua henricũ primo ducẽ northmannie poſt regem anglie ꝓcreauit·Alibi vero legiẽ q̃ hic henricus leodij paſcha dominĩ celebrauit· Inde aquis ꝓtendens morbo dzacũculi q̃ ſibi erat natiuus moleſtari cepit·ꝓpter quod & ibi aliquot dies remozatus eſt·Demoe quaſi penthecoſtẽ celebraturus vltraiectũ venit·Et tandem feria·v· in penthecoſte vitam cũ regno amiſit·Cozpus ei? eiectis inteſtinis ſale reſpſum ſpire relatũ eſt. De hoc autem impatoze quedã dicunt̃ que fabuloſa eſſe didicimus·Fertur nãqz q̃ ſe quaſi mortuũ finxerit & occulte ſuozum p̃ſentiam fugiẽs pegrinatõez aggreſſus fuerit·& ad vltimum monach? cluniaci factus fuerit·Reuera autem vt dicit̃ quidã erat valde ſimilis eidem impatozi & viribus cozpozis plurimum valens·qui monachatũ cluniaci ſuſcipiens·henricũ impatorẽ ſe eſſe firmiſſime aſſerebat Rex hieruſalẽ balduin? data redemptõne a ſaracenis dimittit̃· XLVII· ¶De magiſtro hugone pariſienſi & ſcriptis ei?· Ex cronicis·

ELore bat tunc tempis venerabilis hugo pariſienſis ſancti victozis canonicus religione & ſcientia literarũ clarus· & in vij liberalium artium ꝓtia nulli ſui tpe ſecundus qui inter multa que vtiliter ſcripſit etiã librum d̃ ſacramentis valde neceſſariũ duob? voluminibus ꝓhenſum edidit·In cuius libzi volumine ſecundo quidã mirabile intexuit de quodam pegrino ·de quo·ſ·ſupius dictũ eſt·quẽ dyabolus in ſpecie ſancti iacobi apparens ad hoc ſe duxit·vt ꝓpria manu ſe interficeret·Cunqz eum dyabolus ſecũ traherz ſanctus iacobus ſupueniẽs eripuit eum de manu illius & multa ei oſtendens ante iudiciũ dei ſtatuit·atqz vt denuo vite redderet̃ obtinuit·Petente autem rege ludowico explanauit· gerarchiã ſãcti dioniſij martiris multis obſcuritatib? plenam·

Actoz· ¶Scripſit etiam & idem hugo & alia plurima opuſcla·ſ·dyaſcolõ libros·v·Sup eccleſiaſtẽ omelias·xv·Sup lamentatõnes hieremie libz vnũ·Sup gerarchiã dioniſij ãgelicã·li·j· De arca anime·li·j·De virtute orandi·li·j·De mſtitutõne nouitiozum·li·j·De arca noe li·v·De anima xp̃i· li·j·De ꝓpetua virginitate beate marie·li·j· Expoſitõz ſup magnificat·li·j·Sup tota pulcra es·l'·j·De ſacramentis·li·duos·Itẽ notulas ſup quoſdam verſus pſalmozũ & alia plura opuſcula de q̃bus hec pauca que ſecunt̃ excerpſi in hũc modum

XLVIII ¶Documentũ ei? de oratõne·

¶Hugo in libzo de virtute orandi·

QVo ſtudio & quo effectu a nobis oran dus ſit deus ex noſtra miſeria ſimꝛ et ei? miſericoidia ꝑſiderare poſſum?. In cõſideratõe miſerico[illegible] noſtre diſcam? quid nobis neceſſe ſit petere mcõſideratõne miſericordie dei noſtri quo deſiderio debeam? poſtulare· Cogitem? q̃ ſit brevis vita noſtra·q̃ via lubzica·q̃ mors incerta·Cogitemus q̃ lugentes in hanc vitam ĩtraiuimus cum dolore ptranſim?·Cum luctu exituri ſumus·Vt aut̃ ptermittamus mala ea que oĩs omniter homines oppzimũt·qualia eſtimamus eſſe ſecreta picula ſingulozũ·quoz ſibi quiqz oſcij ſũt ſi cogitare quiſqz voluerit·que ab meũte etate mala fecerit que ſuſtinuerit·Quotiens p amore vite eius fruſtra deſudauerit·quotiens m laboziosis conatibus fallaces exitus inuenerit·& poſt lõgoſ diſcurſus requiem necdum vllaz adept? ſit·Cognoſcet quid de hac vita iudicare poſſit· Cum autez vite huius erumnã cõſideret etiam que ſit patrie celeſtis ſuauitas atqz dulcedo attẽdat & ꝓpẽdat quid ĩuenerit·qo poiderit·vt exutroqz intelligat quantum ſibi in hac exilio lugendũ ſit·Hinc enim

salomon dicit· Qui addit scientiam addit & dolo
rem ·quia quanto magis homo mala sua intelligit
tanto amplius suspirat et gemit Postremo super
est vt in memoria malorũ nostror etiam misericor
die dei recordemur quia fiduciali? de futuro eius
miseratões requiram? sed quẽadmodũ in ꝑterito
nostri misertus sit cogitemus·reuocem? ad memo
riam bona que tribuit·& ꝙ in ꝓiculis sepe cõstitu
tos clemẽt eripuit·nec vnq̃ peccatis nostris quo
minus misereret̃ vinci potuit·Oblitos sui de se ad
monuit·auersos ad se reuocauit· venientes ad se
benigne suscepit·penitentib? indulsit·pseuerãtes
custodiuit· Meditatõ nãqz assidua ꝓscientiã· ꝓsciẽ
tia ꝓpunctõem·ꝓpunctõ autẽ deuotõnem parit·
deuotõ vero oratõez pficit· Sciẽtia est quando ho
mo ad cognitõem sui illumĩat̃· Cõpunctõ est qñ
ex cõsideratõne malorũ suorum cor interno dolo=
re tangit̃· Deuotõ est pius & humilis effectus in
deum qui ex ꝓpunctõne generat̃· Tritus em̃ mag̃
tudine malorũ suorum anim? & diffidẽs de ꝓꝓrijs
viribus ad deum se uertit· & tanto ardentiꝰ pa=
trociniũ illius expetit·quanto sibi nichil extra de=
um relictũ esse videt in quo cõfidere possit· Deuo
tõ igitur est uersio in deuz pio & humili affectu
Humilis em̃ est ex ꝓscientia infirmitatis sue· pius
ex cõsideratõe diuine clementie· Hec in se tres pr̃
cipales virtutes habet·fidem·spem·caritatẽ· Neqz
em̃ homo ꝑ deuotõnem se ad deũ uerteret·nisi &
crederet se ab eo saluari posse & sperat eum mise
reri velle· Postremo nisi eum plusq̃ mala sua dili
geret·nequaq̃ illa fugiens refugiũ sibi in ipo eli=
geret· Nichil ergo aliud est oratõ q̃ mentis deuo=
tõ·i·uersio in deum ꝑ pium & humilẽ effectũ· fi
de spe & caritate subnixa· ·XLIX·

De specieb? oratõnis·

Tres sunt species oratõnis·supplicatõ po
stulatõ·insinuatõ· Supplicatõ est sine de
terminatõne petitõnis humilis & deuo=
ta precatõ· Postulatõ est determinate petitõnis
certa narratõ· Insinuatõ est sine petitõne ꝑ solam
narratõem voluntatis facta signatõ· Tria sunt ge
nera supplicatõnum·captatõ·exactio·pura oratõ·
Captatõ est quod fit ante postulatõem ad ꝓpan=
dum & inclinandũ animũ auditoris· Quod trib?
modis facimus· Primo cũ aliquid dicim? qõ ꝓso=
nam vel causam nostrã ꝓmendet siue meritũ nostr̃
siue infirmitatẽ·siue aliud· Secũdus mod? est cũ
aliquid in laudem ei? ꝓferim? quẽ oramus · ꝑ qõ
apud animũ nostrũ eum carũ & acceptabilẽ esse si
gnificamus·vt nostra caritate vicissim ei? dilectõ
nem mereamur· Tercius est cũ aliquid dicimus ꝑ
quod apud animũ auditoris causa aduersarij no=
stri siue ꝓsona deprimit̃· vt odio potius q̃ amore
digna videat̃· Exactõ est post factã postulatõem
quando auditorem ne petitõ nostra apud eum in
obliuionẽ veniat·quadã instantia memorẽ facim?
hoc genus q̃ apud homines ꝓportunũ videtur ·tã
apud deum gratũ atqz laudabile est· Pura oratio
est quando ex abundãtia deuotõnis mens ita ac=
cendit̃· vt cum se ad deum postulatura uertit· p̃
amoris eius magnitudĩe etiã petitõnis sue obliui=
scat̃· Inter hec tria supplicatõnum genera infimuz
locũ captatõ·medium exactõ·supremũ & excellẽ
tissimũ pura oratõ obtinet· quia captatõ timorem
exactõ fiduciã·pura oratõ ꝓfectũ amorẽ habz·ita
vt pura oratõ magis in iubilum uertat̃ & appin
quet deo·ueniat citius & efficaci? obtineat· Po=
stulatõ est determiate petitõnis incerta narratio·
Hec tribus modis fit·obsecrãdo rogando· simpli
citer postulando· Obsecratio est quãdo vehemen=
tior necessitas deuotius ꝑcibus insistere cogit· In
mediocrib? causis rogamus·in minimis simplicitẽ
postulamus· Excellentissimũ est obsecrare· mediũ
rogare·minimũ simpliciter postulare· Insinuatio ẽ
etiã sine petitõne ꝑ solam narratõem volũtatis fa
cta signatõ· Hec quoq; trib? modis fit· timore fi=
ducia & ꝓemptu· Timore fit quãdo magna ẽ cau
sa quã agimus vel ꝓsona quã rogamus· sicut istud
Domine si fuisses hic frater meus nõ fuisset mor=
tuus· Rogare em̃ voluit vt dominus fratrẽ suum
mortuũ suscitaret·sed quia ꝑ magnitudĩe cause &
ꝑ reuerẽtia ꝓsone extimuit·insinuare potiꝰ q̃ po
stulare elegit· Dixit vnde voluntas intelligeretur
& temeritas nõ rephenderet̃· Fiducia fit quando
vel de facilitate cause vel de benigna olẽtia ꝑsone cõ
fidimus· Et ideo patẽter desiderium nostrũ exprime
re negligimus · quia nos obtinere posse sola insi=
nuatione sparamus·sicut est illud· Vinum nõ habẽt
Contẽptu·quãdo causa vilis est· vl' ꝓsona que ro
gatur humilis·que omnino ab oratõne diuina ex=
cludit̃·apud homĩes aũt maxime superbos & potẽ
tes maximo studio exercet̃· Insinuatõ ex fiducia ꝑ
fectis ꝓuenit·ex timore incipientib? ex ꝓmptu malis

·L· De quibusdaz psalmis qui non vi
dent̃ ad oratõnem ptinere·

Quosdam mouere solet q̃ in oratõnibus
nostris illos etiam nõnunq̃ psalmos qui
vel petitõnis verba non habẽt· vl' ad no
stram petitõem non ptinẽt decantare solem?· Ec
ce em̃ inquiũt deũ ꝑ indulgẽtia peccatorz nostro=
rum deꝓcari volumus·quid nobis ad hoc ꝓdest·
Si vel·quare fremuerũt gentes· vel Attẽdite po
pule meus·vel aliũ huiuscemõi decantam?· Sz qs
quis supdictas oratõis species diligent̃ pspexerit
qualiter etiam ista in oratõib? dicta valeãt facile
discernit· Dicamus igit̃ omnes illas scripturas in
circo vtiliter debere & ꝓueniẽter posse inter vota
ꝓcum nostrarz ab oratibus recitari· vt in nobis af
fectum pie deuotõnis excitãt·& cor nostrum vel
narrãdo laudem dei ad eius amorem ꝓuocant· vl'
nostrã ꝓmemorando miseriã ante ꝓspectũ ei? nos
humiliãt·vel maliciã aduersariorz nr̃orz exaggerã
do & vtilez nobis solicitudinẽ & fiduciã corã ipo
ampliorẽ ꝓstant· Siue igit̃ laudem dei in bonitate
& potentia·siue miseriã nostram in infirmitate &
culpa nostra·siue maliciã aduersariorz nostrorum
in tirãnide eorz et astutia ad exercitatõem mentis
et augumentũ bone deuotõnis orantes ꝓmemore
mus nichil ineptum facimus·sed ꝑ pium effectum
quẽ ipa in nobis verba excitant vbiqz orantes su
mus· Vnusquisqz ergo cum in oratõe vl' psalmos
vel alias quascunqz scripturas decantat diligenter
cõsideret cui affectui deseruiant· & ad illum affe
ctum toto nisu cor sunm excitet· ad quez id quod
loquit̃ magis ptinere videt·sicqz ꝑ intelligentiam
verborz in maiorẽ deuotõem affectũ accendz· Cer
te videmus adulatores qualiter se erga illos a qui
bus aliquid expetũt deuotos simulant·et nos ꝑci
bus nostris ꝑuenĩamus faciez dommi·et vt merea
mur obtinere qõ petimus·non simulatam deuotõ
nem·sed veram caritatẽ offeramus· Beatificemus
amicos domini nostri·indignemur inimicis eius·
Laudem? in eo potẽtiã pietatem·sapientiã eqtatẽ
Item narremus ei miseriam nostram·confiteamur

ei culpam nostrā·efferamus ei obedientiā nostrā Dicamus & credam? aliū non esse p quē possim? eripi·p quem spem? liberari·Item ostēdam? ei ad uersariorū nostrorū demonū & puersorū hominū maliciam·crudelitatē·iniquitatē tirānidē·q ei ad uersanē qui nos psecunē·q nobis hostes sunt qui ei otradicunt·q odimus que odit q diligim? que diligit·malle nos ꝓpter eum odia inimicorum ei? ppeti q̄ contra eum habere pacem eorꝝ. LI.

De scientia recte viuendi item in libro de instituōne nouiciorum·

Scientiā recte viuendi & honeste·ꝑpare sibi oportet hōꝝ ptī ratōe·ptī doctrina ptim exemplo·ptim meditatōne sacrarū scripturarꝝ·ptim assidua inspectōne opum ac morum suorꝝ·Ratōne quidē hoc modo·Debet siquidem homo diligenter cōsiderare quid liceat & q̄d non·q̄d deceat & quid non·in omni actu & ī omni loco & ī oīni tpe erga omnē psonam·In omni actu·hoc est qualiter sacra & diuina misteria impleri oporteat·qualiter humana officia que ad vsū ptinent corpis exercere ꝑueniāt·vt semp sibi sit pcus & ꝓximo ꝓmptus & deo deuot?·Non soluꝝ autem quid agat·sed etiam in quo loco quid agere debeat psideret necesse est·Alius est modus se habendi in eo loco vbi de? adorat·alius in eo vbi corpus reficit·alius in eo qui locutōni deputat? est·alius in eo vbi silentiū custodit·alius deniq; ī secreto·alius in publico·Et q̄uis in nullo loco homo disciplinā deserere debeat·Diligenti? tamē & magis solicite ibi pseruanda est·vbi vel neglecta pluribus generat scandalū·vl' custodita bone imitatōnis exemplū·In nocte secum debent esse homines·& aut fessa mēbra somno reficere·aut oratōnibus vel meditatōib? sanctis in silentō animū exercere·In die vero de secreto suo in vnū coeūt·& ad rursum videndos se & imitādos ostendunt Ante cibū sumptū magis hilares nos esse ꝑueniat ne ipa nostra abstinentia grauis & molesta vīdatur·Post vero magis modestos & tacitos·ne pergule vicium crapula nos inflamasse putet·Quantum vero decoris addit dieb? festis quies vacationis tantum ornamenti ꝑfert diebus ceteris studiū boni opis·Itaq; carnales quidez mentes ne vel in istis in bono ope se exerceant pigricia ligat·

LII. Qualiter homo se habere debeat ad ꝓximos·

Discretō psonarꝝ quantū quidē ptinz ad dilectōem scōm meritū·quantū vero ad veneratōem secundū etatem & officium habenda est meliores diligere·superiores honorare debemus·quia par est superbia siue in eo qui ꝓpt̄ inferiorē gradum in homine virtutē despicit·siue in eo qui ꝓpter inferiorē vitā gradum superiorē contemnit·Istis ergo honor·illis amor impendat̄ sic tamen vt honor istorū sit voluntari? · & illorum amor veneran?·reuerentia eī sine amore magis seruilis est·& amor sine reuerētia puerilis iudicari debet·Sex deniq; modis discretōem psonarum habendam ex his colligimus·tribus scōm dignitatem·& tribus scōm uersatōez·Secundū dignitatem superioribus obedientiā timorem obsequiū & veneratōem debemus exhibere·cum equalib? pacem·& concordiā custodire·inuicem obsequio beneficio & honore ꝓuenire·In omni actōne & verbo superiorem locum eis tribuere·& siquādo fortassis in aliquo negocio cosꝑire cogamur·cū omni humilitate & reuerētia que facienda sunt non ꝑcipere sed demonstrare·Et si eos ꝑcedere cōtigerit·cum alacritate & deuotōe quasi ex necessitate subiecti obedire·Inferioribus semp beneficiū & auxiliū impendere·nunq̄ imꝓperare·sine superbia corripe sine supbia gubernare·sine crudelitate castigare·cū pietate fouere·veneratō em ñ exigere·societatē atq; qualitatē amare·maioribus p timorem subdi·equalibus p caritatem obsequi·minoribus p humilitatem coequari·ꝑcipientib? pati·obedientibus modesti·maledicentib? taciti·laudantib? verecūdi·Item secundū uersatōem superioribus quidem in omni loco & in omni ope & sermone exhibere studeamus reuerentiā·& quidq̄d egerint aut vbicunq; fuerint virtutis exēplū imitemur quodāmodo taciti·tamē psortiū coopandi nunq̄ ꝑsumam? expetere·Negligentes vero & maxime eos quorꝝ opa vel studia reꝑhensione digna apparēt tali nos cautela declinare oportet·vt & fugiam? quod faciunt·& tamen non iudicare ꝑsumam? quod sūt Cogitemus in eiusmodi nobis neq; dari exemplū neq; pmitti iudiciū m·quia fortasis hoc ī eis ignorantia siue infirmitas excusat·quod si a nobis fierz excusatōem non haberet·Cū mediis & equalib? tanta nobis pacis & concordie seruande diligētia sit·vt in nullo vnq̄ negocio quantū in nobis ē fraterna dilectō pturbet̄·Studeam? iuriā eis nunq̄ aut molestiam inferre·Illatā vero ꝓpter amorē fraterne caritatis equo animo sustinere·nichil contētiose aut arroganter contra eos agere·sz pati semper in omni ope et ptinaciter insistentib? cedere·et laborātibus libenter subuenire·Et quia inē pares nōnunq̄ puersa quedā virtutis emulatio esse solet opam nostraz neq; ingeram? nolentib?·neq; petētibus subtrabam?·quia in vtroq; liuoris suspicō esse potest·Siquādo autē in aliquo forte negocō laborantib? opem ferre cupimus·tanta hoc humilitate et mansuetudīe faciendū est vt hisdem ipis manifestum sit q̄ non excellentiā opis sz ꝑsortium queramus laboris· LIII Qualiter habere se debeat in seipo·

Ceterum quātum ptinz ad nos sūmopere nitendum est·nequādo vel in labore mi? patientes·vel in obediētia ꝑceptorū minus alacres·vel in caritatis operib? exequēdis minus inueniamur feruentes·Spūalis doctrīe studium non litigantes sed auscultātes requirit sicut p moysen dicitur·Audi israhel et tace·Et sicut iacobus admonet dicens·Sit omnis homo velox ad audiendum·tardus aūt ad loquendū ꝛc̄·quia qui linguam suā a multiloquio ꝓpescere non vult·non poterit animū suum diu a furore iracundie custodire·Sed dum p̄ alijs supbe sapiētes videri volumus·erubescim? vel nostrā ignorantiā ab alijs arguī·vel aliorum sapiētiam quasi ad nostrā depssionem aꝑbari·sic nōnunq̄ contra nostrā ꝑscientiaz vel nostrū errorē impudenter defendim?·vl' alterius veritatem maliciose impugnam?·Hec est sapientia huius mundi quā idem apostol? carnalez vocat et diabolicam·que versuta est et maligna·illas solummō astucie vias exquirēs quib? possit suum errorem tegere·et alienam veritatem q̄uis manifestam in opinione stultorū et insipientiū hominum deprauare·Sed non talis sapiētia que desursum venit que nescit etiam semetipsam contra veritatem diligere·semp para vel bonū qō habet non habentibus humiliter impendere·vel bonuz

al habere tibi libenter petere · vel malū qđ sanctis cum alijs & coram alijs veraciter accusare · & ipsa doctrina veritatis tales auditores amat nec erubescunt magistros habere omnes a quibꝰ discere possint quod ignorant · qui bene dicta omniū libēter apprbant · errores vero alienos irrumpe studēt vel modeste corripe vel prudēter dissimlare · Qui deniqꝫ studium scientie morum disciplina exornat sicut cera nisi prius emollita fuerit · formā non recipit · sic & homo quidem p manum actōnis alienē ad formam virtutis non flectit̄ · nisi prius p humilitatem ab omni elatōnis & prradictōnis rigore molliat̄ · Neqꝫ em̄ p exemplū alterius aliquādo in melius reformari poterit · q ui adhuc p elatōnis vicium & bona aliena oppugnat & sua mala defēdit · In lectōe diuina prius debetis querere quod mores vestros ad virtutem instruat · q̄ qđ sensum acuat ad subtilitatē · magisqꝫ velle informari p̄ceptis scripturarū q̄ questionibꝰ impediri · Cū igit̄ diuinas scripturas legitis · solerter ppendite quid ibi dictum sit ad excitandū in vobis amorē dei · qđ ad prremptū seculi · quid ad cauēdas insidias inimici · quid disciplinā in ope · quid humilitatē i cognitōne · quid obedientiā in p̄ceptis · quid patientiaꝫ habere in aduersis doceat · Et hanc p̄am sapientiaꝫ quā p virtute libenter despicitis · melius postmodum p virtutem inuenitis · Sepe opus qđ bona intentōne inchoari credit̄ · tanto citius hominē i deceptōnis laqueum p̄cipitat quanto de intentōnis sue principio securus finem actōnis nō obseruat & imprudens quasi via plana ad foueā curr̄it · qđ videt quid faciat · sed quid factum suū sequi debeat non attēdit · Propter quod circūspectō hominī vbiqꝫ necessaria est · qua solicite attēdat quid agat quid agere debeat · si id qđ faciendum est faciat · si quantū & qualiter faciendū est faciat · si bono opi malum aliqđ non admisceat · si alterius bonum vt suum diligat · si suum vt alterius malum reprhēdat quantū ad bona agenda solito sit alacrior quantū ad mala vincenda solito cōstantior si i aliquo opere suo insidijs inimici supplantat̄ sit · qualiter demum p iudiciū transacte deceptōnis futuram illi fraudem cauere possit. ·LIIII· De disciplina membrorū in generali·

Disciplina est membrorū omniū motus ordinatus · & dispositō decens in omni habitu & actōne · Disciplina est cōpes cupiditatis · malorū desideriorū carcer · frenū lasciuie elatōnis iugum · vinculū iracundie · que domat intemptantiā · leuitatem ligat · & omnes inordinatos motus mentis atqꝫ illicitos appetitus suffocat · sic em̄ de incōstantia mentis nascit̄ inordinata motō corpis · Ita quoqꝫ dum corpus p disciplinā stringitur · animus ad prstantiā solidat̄ · & paulatim intrī secus mens ad quietem ponit̄ cū p disciplinē custodiam mali motus eius foras fluere non sinunt̄ Integritas ergo virtutis est quando p internam mentis custodiā ordinate regunt̄ membra corpis sed qui statum mētis prdit · foras i incōstantiā motōnis defluit · Vnde p salomonē dicit̄ · Homo apostata rc̄ · Liganda ergo sunt foris p disciplinā membra corpis · vt intrīsecus solidet̄ status mentis · q̄ tenus dum vndiqꝫ exterior custodia interiori mobilitati coercende opponit̄ · tandem mens ad pacē stabilem in semetip̄a colligat̄ · Omniū nāqꝫ viciorū motus disciplina coercet · & quantum mala desideria foris coercendo primit · tantum p eā bonū de siderium interius prualescit · Paulatīqꝫ eadē virtutis forma p assuetudinē menti imprimit̄ · que foris per disciplinam in habitu corpis cōseruat̄ · LV.

De disciplina seruanda in habitu.

Quattuor sunt p̄cipue in quibꝰ obseruāda est disciplina · In habitu in gestu · in locutōne i mensa · i · in comestione · In habitu quinqꝫ modis · in genere & q̄litate · in colore & formatōne & coaptatōe vestimentorū · In genere · s · ne sint nimis p̄ciosa · In qualitate ne nimis sint subtilia vl̄ mollia · In colōe ne nimis nitida · siue quolibet alio modo supraq̄ disciplina & propositum religiose conuersatōnis expetit fucata · In formatōe vt sint · decēter & religiose composita · i · ne nimis magna aut dependentia aut fluxa · ne nimis stricta siue quolibet alio modo scōm seculi vanitatēꝫ decorata · Coaptatō ad modum portandi ptinet · Nam sunt quidaꝫ stulti qui stultis placere cupiētes quodam artificō vestimenta sua circa collum ponūt · Alij vero maiori scurrilitate ridiculose trāsuertūt Alij autem vt pompā de se faciant explicāt ea · & quautū possunt latius distendūt · Alij tenere corrugata in vnum colligunt · alij torquētes & cōplectentes inuoluūt · alij toto conamīe strinḡtes & findentes ea omnia corpis sui liniamenta in verecundissima quadā turpitudīe aspiciētibꝰ numerāda exponunt · Alij iactando & ventilādo pannos suos leuitatem mentis sue ex ipa habitꝰ sui mobilitate ostendunt · Alij incedētes sinuose surmate tēram verrunt · & limbis dependētibꝰ ymmo retro sequentibus caudis in similitudinē vulpiū vestigia obducūt · qui vt ostendāt se de numero illorum esse de quibꝰ dicit psalmista . Non sic impij nō sic rc̄ · quocūqꝫ prexerint quasi turbo tempestatis pulueren concitant · & ipi filij tenebrarū illud lumen foris oculis hominū subtrabūt quod intus cecata mente p̄diderunt · Tedet me omnia vanitatis cōcilia numerare · in quibꝰ stulti & vecordes mulieribus ymmo meretricibꝰ studia sua auferūt · & tanto dedecore · quanta superstitione cum habitu pene sexum mutauerūt · sed gratia dei omnes qui modo in religione constituti talibus studeant & per hoc hominibus placere cupiunt · omnibus hominibꝰ magis viles et cōtemptibiles fiunt · et ecōuerso q̄ hec pter deum despiciūt · non solum corā deo sz etiā corā hominibꝰ honorabiliores et cariores existūt

LVI Inuectio contra illos qui de veste gloriantur

Eant ergo nunc miseri et stulti honestatis ignari · eant et comant pannos suos qui non intelligūt q̄ iuste in viris religiosaꝫ vitam pfessis · cultus p̄ciosarū vestium reprhendit̄ qui p apostolum petrū in feminis prhibet̄ · Non inquit in veste p̄ciosa · videant quia ille diues qui in euangelio purpura et bisso induit̄ · postea i tormētis inferni eternaliter cruciādus sepelit̄ · Quid aūt in purpura nisi color et p̄cium · et quid in bisso nisi mollities reprhendit̄ · Cum ego carni sue et i purpura decorem · et in bisso molliciem adhibuisse dicitur pculdubio simul superbus et luxuriosus fuisse prbatur · Si igit̄ ille quia prijs abusus et tantam damnatōem meruit · quid putamus isti faciūt qui prriam non habentes · alienam elemosinam cultui sue elatōnis impendere non timescunt · Ve eis · peccata populi cōmedunt · Ve corone superbie et flori de · Ve quia omnis caro fenum rc̄ · Quid igit̄ superbis puluis et cinis · fumus euanescēs et vapor

ad modicum parens· Quid est homo· putredo· et fili? hoīs vermis· v̇mis ipe & v̇mis hereditas ei? Cū em̄ morieť hō hereditabit· ſ· b· & v̇· Quantū= cunqz excolať et ornet̄· quid est aliud caro q̄ caro Quid igit̄ ꝓdest in habitu qui sozis ad temp? ad heret gloziam quere· et cozruptōnis putredinē que in nobis est & semp ꝑmanz nō ꝓsiderare· Pro pterea debent amatozes religionis ope demōstra re quantū ipi terzena despiciāt· nec carnem q̄ mo= ritura est cultu supstitōso excolere· sed pompe im= dumentozū mozum ornamēta anteferze· Vestimē ta plus vilia q̄ p̄ciosa· plus grossa q̄ subtilia· plus aspa q̄ mollia· plus fusca q̄ nitida plus neglecte q̄ accurate cōpositā vel apta amare· LVII

¶ De disciplina in gestu·

GEstus est modus & figuratō membrozū corpis ad omnē habendi & agēdi modū Hic sex modis repbensibilis mueniť scz si est aut mollis· aut dissolut? aut tardus· aut ci= tatus· aut ꝓcax· aut turbid?· Mollis significat lasci uiam· dissolutus negligentiā· tardus pigriciā· cita tus incōstantiā· ꝓcax furbiam· turbid? iracundiā Homo ait apostata ꝛc̄· Et dixit domin?· Pro eo q̄ eleuate sunt filie sion ꝛc̄· Nemo igit̄ deinceps pu= tet parū delinquere eos qui ꝓra disciplinā ad tur pes motus & inordinatas gesticulatōnes membra sua inflectunt· quia nunq̄ scripťa tā seuere istos exteriozes motus corpis in nobis repbenderet· ni si omnis exteriozis hominis inhonesta figuratō & motio· indecens ab interiozi mentis corruptōe ma naret· Propterea multū ei? disciplina valeret ad coercendos prauos motus animi· Primū ergo dili genter obseruandū est· vt singula mēbra suum te neant officium· neqz vsurpent alienū· vt· ſ· id agat vnūquodqz membrū ad qđ factum est· vt neqz lo quať manus· neqz os audiat· neqz oculus līgue of ficium assumat· Sunt em̄ quidam qui nisi patenti bus buccis auscultare nesciunt· & quasi ꝑ os sen= sus ad cor influere debeat· palatū ad verbū loquē tis aperiunt· Alij quodqz adhuc peius est in agen do vel audiendo quasi canes sitientes linguā ꝓten dunt· & ad singulas actōnes uelut molā labia tor quēdo circūducunt· Alij loquētes digitum exten= dunt· supcilia erigunt· & oculos in orbem rotātes aut ꝓfunda quadā cōsideratōne defigentes cuius dam intrinsecus magnificentie conatus ostendūt· Alij caput iactāt comā excutiūt· vestimenta ada= ptando cōponunt· & latera cubitando pedesqz ex tendendo ridiculam satis ostentatōnis formā fin gunt· Alij quasi ambe aures ad audiendū facte n̄ sint· alterā tantum collo detorto voci venienti op= ponunt· Alij tipum nescio quem figurātes oculū inter videndū alium claudūt· aliū apiunt· alij ma iori ridiculo cū medietate oris loquunť· Sunt pre terea mille larue· mille subsanationes & corruga tōes narium· mille valgia & cōtorsiones labiorūz que pulcritudinē faciei & decorē disciplīe defor mant· Est em̄ facies speculū disciplīe cui tāto ma ior custodia adhibenda est· quāto minus siquid i ea peccatum fuerit celari potest· Tempanda ē igi tur facies & modificanda i gestu suo ita vt nec p terue exaspetur· nec molliter dissoluať· sed semp̄ habeat & rigidā dulcedinē & dulcē rigorem· Alij nauigant brachijs incedentes & duplici quodam monstro vno eodēqz tpe pedib? deorsum in terra ambulāt & lacertis sursum in aere volāt· Quod ē queso monstrū hoc· qđ simul in se fingit & homīs incessum' & nauis remigiū & auis volatū· Libet i hoc poetice illius subsannatōnis elogiū ꝓclamare Humano capiti ceruicem pictor equinam· Iunge re si velit & varias inducere plumas·

LVIII. ¶ Adhuc de eodem

IDcirco oportet vt ad hāc pturbatōem sedandā custodia disciplīe opponať· que vnūquodqz mēbrū ad suuz officiū restrī gat· quatenus dum alterū membrū opať· alter= tem omnino quietū maneat· aut si forte ei? opera illi necessaria esse cognoscāť suo motu ad coopādū illi decenter & ordinate moueať· ita vt nichil ofu se nichil ꝓposterū in mēbris corpis agať· Est enim quasi quedam respublica corpus humanū· in quo singulis mēbris sua officia distributa sunt· Dū er go vnum mēbr̄ alterius mēbri officiū mordinate sibi vendicat· quid aliud q̄ ꝓcordiā vniuersitatis pturbat· Dumqz aliud suo motu alterius motum impedit· certe illi quā natura moderať dispositōi cōtradicit· Prima ergo est custodia disciplīe i ge stu vt vnūquodqz mēbrum in eo ad qđ creatū est officio se ꝓtineat· neqz alterius mīsteriū sua admi xtione cōfundat· Secūda est custodia disciplīne in gestu· vt vnūquodqz mēbrū id qđ facit eo modo atqz mensura faciat quo faciendum est· i· nec plus nec minus nec aliter q̄ oportet faciat· quaten? in actu suo sic & dirigať et moueať· vt in nulla vnq̄ ꝑte tpantie limitem aut formā honestatis excedat hoc est vt in paucis exemplificem?· videre sine ap tōne dentium· videre sine defixione oculorū· loqui sine extensione manū & intentatōne· sine ꝓtentōe labiorū· sine extensione & iactatōe capitis· sine ele uatōne supciliorū· Incedere sine mo dulatōne gres suum· sine ventilatōne brachiorū· sine gesticulatōe scapularum· Sedere sine diuaricatōe crurū· sine al terutrū subiectōne pedum· sine extensione vel agi tatōne tibiarum· sine alterna accubitatōne laterū· iacere sine dissectōe mēbrorū· Et vt tādem de hac ꝑte finem loquendi faciam?· gestus homīs i omni actu esse debet gratiosus sine mollicie· quiet? sine dissolutōne· grauis sine tarditate· alacer sine inqe tudine· maturus sine ꝓteruia & seuerus sine ebu lentia· mollem gestum tempat turbid?· & turbi= dum mollis· dissolutū ꝓcax· ꝓcacem dissolutus· ci tatus tardum· tardus citatuz· quia inter vicia cō traria medius limes est virtus· LIX

¶ De disciplina in sermone·

IN locutōne quinqz res sunt obseruande hoc est quid dicať· cui· quādo· vbi· quo modo· Quid vt videlicet· nunq̄ in ho nibus disciplinatis ociosa adhibeanť· Ociosa autē sunt omnia que sunt aut i honesta· aut nociua aut inutilia· Inutilia sunt· que nec loquētib? nec audi entibus ꝓsunt· In honesta que vel illius qui loqui tur· vel illius cui loquit̄· vel illius de quo loquit̄ dignitati non ꝓueniūt· Nociua· que suis suasioni bus animos auditorū· siue ad errorem siue ad pra uitatem inducunt· Hec tria duob? discerni possūt id est· scōm qualitatē rerum de quibus locutō fit & secundū qualitatem ꝑsonarū ꝑ quas vl ad quas vel de quibus locutō fit· Qualitas ꝑsonarū quat tuor modis cōsiderať· scōm etatem· quia aliud cō uenit locutōnibus iuuenū· aliud senum· Secūduz scientiam quia aliud locutōib? sapientiuz· aliō sim plicium· Secūdum officium· quia aliud locutōib? iporum qui negocia exteriora tractant· aliud eorū qui secretioris vite quieti & studio cōtemplatōis

imuigilant · Scom ordinē quia aliud ouenit locutō
nibus eoz qui sunt ꝑlati · aliud qui sunt subditi ·
Senes loqui debent de discretione bene consulen
di · iuuenes de instantia bñfaciendi · Sapientes de
misterijs scripturarum · simplices de exemplis bo=
norum opum · Hi q̄ exteriora tractant negocia de
solercia acquirendi · Hi qui quietam vitam ducūt
de disciplina viuendi · ꝑlati de puisione subditoz
subiecti de obediētia preceptoz̄ · Rursū ō discre=
tiōe loquēdi dictū est · cū viro irreligioso tracta
de sāctitate &c̄ · Sapiētes velle docere superbia ē
et obstinatos corripere insipientia · quia iniurios⁹
est proximo qui meliori non exhibet reuerentiam
& iniurios⁹ sibi qui nō emendat sed ꝓuocat erga
se insipientis vesaniam · Ergo qui cum alio loquit̄
primo consideret vtrum ꝓpter se an propter aliū
loquatur Si propter sui vtilitatem loquit̄ videat
vt ille talis sit de cui⁹ colloquio vtilitas ei proue
nire possit · si ꝓpter illū loquitur caueat ille ne ta=
lis sit ille qui vel sua exhortatōne non indigeat ·
uel ita in malo obstinat⁹ ut exhortatione alteri⁹
corrigi se nō ꝑmittat · Facile ergo cui sit loquēdū
agnoscim⁹ · si id quod dicitur quale sit diligent̄ cō
sideremꝰ · quia id ꝓfecto vnicuiq; magis dici oue
nit · qđ ad illud in quo ipe plus laborat · malum sa=
nandū cōsilio omodoxi occurrit · Verbi gratia · Si
cepimus supbis laudare ostantiam · dū eos ad vir
tutem hortari credim⁹ amplius in suo officō cōfir
mamus · Exhortemur ergo ad ostantiam timidos ·
ad timorem supbos · ad frugalitatem ꝓdigos · ad
liberalitatē auaros · ad humanitatē ꝑcos · ad ꝑcita
tem gulosos · ad cōsilium temerarios · ad feruoꝛez
zeli tepidos · ad silentiū verbosos · ad verbū exhoꝛ
tatōnis nimis tacitos · ad alacritatē segnes · ad mā
suetudinē ipatientes · ad iusticiā negligentes · ad i
dulgētiam crudeles · ad verecundiā ꝓcaces · ad q̄e
tem p̄cipites · ad prudentiā incautos · ad solicitudi
nem obliuiosos · ad modestiā inuerecūdos · & om=
nino quidquid dicere volumus cui dicendū sit · ex
ipa prius nostri sermonis qualitate colligam⁹ ·

LX Adhuc de eodem ·

Equit̄ tercia discretō loquendi · vt cum
aliquid dicere volumus · pri⁹ vbi illud di
ci oueniat cōsideremꝰ · Neq; igit̄ in diui=
nis & sacris locis fabulatōnes inducere · neq; in il
lis locis vbi de disciplina est agendū · questiones
aut cōtentiones verboz̄ vētilare · neq; in illis vbi
de intelligentia diuinarū scripturaꝝ tractādum ē
exterioza negocia admiscere debem⁹ · nec ea q̄ sūt
pluribus dicenda in occulto edere · nec ea que sūt
paucis reuelanda in manifesto ꝓpalare · Quarta lo
quendi discretō est · quādo quid dicendū sit atten
dere · Tempus est quando nichil dicendū est · quia
tempus tacendi · Et quando aliquid dicendum est
quia tempus loquēdi · Temp⁹ vero quādo omnia
nunc̄ · tempus tacendi Temp⁹ loquēdi debet p̄ce
dere · quia prius p silentiū tpe tacendi discit̄ · quid
postea p verbum tpe loquēdi ꝓferat̄ · Aliquando
tacere debemus ꝓpterea q̄ alter prior loqui cepit ·
aliquādo ꝓpter multiloquiū vitandū · aliquādo q̄
hi qui p̄sentes habent̄ nequaq̄ tales sunt ad quos
verbum debeam⁹ facere dum vel reuerētia digni=
tatis psone intendit̄ vl̄ malicia incorrigibilis · atq;
ideo indigna admonitōne existimat̄ · Sapiens aūt
eque cauet · vel ne m eo tpe quando loqui debet p
negligentiam sileat · vel ne in omni tempore qum=
do loqui decet p licentiā ꝓcessam in multiloquium
cadat Qualitas id est · modus loquēdi in trib⁹ cō
stat · Vt loquētis gestus sit modestus & humilis
sonus dimissus & suauis · significatō verax & dul=
cis · Modestiā debet habere gest⁹ loquētis · vt nec
inordinate nec impudice nec turbulente int̄ loquē
dum mēbra moueat · neq; oculoz nutib⁹ aut aliq̄
indecenti ofirmatōne sine trāsformatōe vult⁹ pla=
corem sui sermonis imminuat · Sonus dimissus · ne
i strepitu & imoderata clamositate auditoz̄es aut
terreat · aut offendat · sed & cum ueritate necesse ē
vt sermo loquētis dulcedinē habeat · quia sepe eti
am veritas auditori amara eff.cit̄ · si aut sine ratōe
aut sine dilectōne contra eum ꝓferat̄ · ·LXI·

De disciplina in cibo ·

In mensa est duplex custodia disciplme ·
in habitu & cibo · Disciplina i habitu tri
b⁹ modis · tacendi · videndi · sese · otinēdi
Taciturnitas inter epulas necessaria est · quoniam
lingua que omni tpe pna ad peccatū labit̄ · picu=
losius cū p crapulam inflamata fuerit · ad loquen=
dum relaxat̄ · Custodia oculoz̄ · quia nō decet ibi
p̄cipue vt impudēter ea que apud alios agunt̄ cir
cumlustrādo ꝓspiciat · sed vt potius pudice dimis
sis luminibus ea tantū que sibi appōita sunt atten
dat · Custodia quoq; otinendi sese ibi negligēda n̄
est · quatin⁹ videlicz neq; in habitu · neq; in gestu
indecens aliquid aut inhonestū agat̄ · sicut quidā
faciunt · qui cum ad edendū assederint · inquieta q̄
dam agitatōne & ofusione mēbroz̄ impatiā · ani
mi sui designāt caput excutiūt · brachia erigūt · ma
nus in altum expandunt · & non sine magna turpi
tudine quasi totum epulū sint absorpturi · ingētes
quosdā conatus & gestus indecoros ostendūt · In
vno loco sedentes oculis & manibus que ꝓpe &
que longe omnia circūcurzūt · sil̄ panes ominuunt
vina in calices & pateras effundūt · discos in girū
circūducunt · & velut rex sup obsessam ciuitatem
assultū facturus dubitāt · vbi primū expugnatōez
aggrediant̄ · dum simul in omni pte irruptōem fa
cere cōcupiscunt · His igit̄ tribus modis debet q̄s
q; inter epulas ꝑseruare disciplinā in semetip̄o · vi
delicet vt & linguam suam a loquacitate restrin=
gat · & oculos suos a circūspectōe cohibeat · & vt
cetera mēbra omnia cum modestia & quiete conti
neat · ·LXII· Adhuc de eodem ·

Equit̄ etiā triplex obseruātia disciplīe in
cibo · quid · quātum · quomō · Quid sumat
id ē · vt neq; nimis p̄ciosa & delicata ex=
petat · nec nimis rara & insolita req̄rat · nec nimis
accurate & laute ꝑparata ꝓcupiscat · In primo em̄
luxus arguit̄ · in secundo curiositas · in tercō supsti
tio notat̄ · Sunt nāq; quidā quoz fauces satis ridi
cula infirmitate egrotant · qui nisi pinguia & deli
cata deglutire nō possunt · sed quādo eis ꝑci ac fru
gales cibi oblati fuerint · statim aut indigestionez
stomachi · aut pectoris siccitatē · aut horripilatōez
capitis · aut siqua sunt talia · aut excusandas excu
satōnes p̄tendūt · Alij delicias & luxum ciboz̄ ma
gna ostātia aspnant̄ · sed ab eis iterum non minori
aut tolerabiliori petulantia omniū ciborum vsus
omnimo respuit̄ · Noua quidam & insolita ciboz̄
genera exquirūt · ita vt sepe ꝓpter vnius ventrem
hominis omnes circū pagos turba famulor̄ discur
rat · & vix tandem vel de ignotis atq; desertis mō
tibus ꝑcul radices euellēdo · vel pauculos ō ymis
gurgitibus ꝓfunda scrutatione pisciculos traben
HAnime claustrū ptemplato dicit·Ju cuiq sinu dum se recipit animus sola celestia meditaē·sepaē a terzenis a turba cogitationum·dulces carnis refugit affectus. vagos sē suum motus restringit·in domino delectaē·legit in libro vite·p silentō pacem tene·In choro virtutū seruat ordiāqz morū·Huius claustri ambitus virtutū columnis ōcoraē·sustentaē patientie basibus·ad regulam iusticie quadraē·virtutū coadiacentibus officinis muniē. Muro boni opis claustrī septa forinsecus ambiunē que clauso silētij hostio vage mentis gressus cohibēt·ab hoc em claustro egressa est dīa·In quattuor virtutib? animi quadratura est claustri·que sunt ptemptus sui & contemptus mundi·amor pximi & amor dei· Ex bis vnū vertiē ad occidentē·aliud ad septentrionez · terciū ad orientem·quartū ad meridiē·Non ē igiē quo diuertat animus inter hec quattuor virtutuz munimīa pstitutus·Non em ad carnis voluptatem·nō ad mundi vanitatē·non ad odium pximi· non ad ptemptū dei·In his quattuor claustri lateribus quattuor ordines columnarū disponuntur· Ex ptemptu sui etem duodecī columnaz ordo procedit·s· humiliatō cordis & afflictō carnis· ſmo humilis·abiectō vestis·cibus tenuis ·pond? laboris·amor subiectōnis·ptemptus honoris·laudem fugere·alterius psilium suo pferze·subditis obedire·de se deficere·hec columne secanē quando sic discretōnis virtutes a vicijs sepanē·Sculpuntur quādo ea que mens cogitat manus opanē·Sic salomon in templo celaturas pmīētes fecisse legiē Promīēt celature dum mētis cogitatōes exteri? apparēt ī exemplo & opatōe·sed quō poliunē qñ tribulatōnis aduersitate feriunē·quod poliē equale efficiē non elatum·leue non aspum · Equalitas mentis lineam seruat religionis·Sunt em quidam qui nunc afflictōne carnis macerane·nunc ad carnis voluptatē reuertunē·sepe vigilāt alijs dormientibus·sed sepius dormiūt alijs vigilantib?·nūc humilia·nunc sublimia·nunc blāda·nunc aspa loquunē·nunc de fratrib?·nunc de pentib?·gloriātur·nunc nichil nisi ordinis statuta pstrepūt·nūc nil nisi fabulas audire·nunc albas·nūc nigras·nūc medio colore coleratas delectanē habere cappas · nunc vilis placet habitus·nunc mediocris · nunc supfluus·Nunc dāt illis olera pastum· aqua potū nūc vero exquisitis ferculis·nūc diuersis poculis vtunē·nunc laborāt·nunc labor displicet·amant subesse vt possint pesse·Hec est inequalitas columnarum·hec est aspitas eaz·Paulus docet leuitatē cum dicit·Si fieri potest qō ex vobis est ꝛc·Equalitatē vero vbi ait·Scio humiliari & hab.ꝛc·Patientie virtus·edificij spūalis sustinet onus·Tres in scripturis basium species inueniunē·s·enea·argentea & aurea·fortitudo in ope·claritas in ſmone·fulgor in mente·Qui in his tribus patientiam seruat·quasi basis aurea virtutū structurā firmiter portat·Sunt & alie tres basium species·sz fragiliores·igne em lignea obuziē·lapidea gelu frāgitur·picta vero nichil portat sed ab alio sustentaē hec est em patientia ficta· ·L· ¶De receptaculo hospitum

INter edificij spūalis officinas hospituz prior dom? occurzit·q pegrīs patz·mēs hospitalitatis officō fungiē cum deliquētium fratrū culpis benigne opatiē· Habet hec domus ministros suos qui hospitibus seruiāt Pulsāti em pegrino caritas apit·intrātem hilaritas recipit·receptum affabilitas ōtinet·esurientē collatō pascit·fesso humilitas seruit·hec reuerēti filiō paterfamilias exoluit·sic & spiritualiū pīm pietas. (q quasi paterno affectu pīdet subiectis) delinquentē discipulū cum p penitentiā redierit longe venientē vidz opatiendo·occurzit indulgēdo·amplectiē familiarē sibi faciēdo·Occidit vitiū carnis mortificatōem pdicando·chorz ordīat·simphoniā tangit·morū ordinem & vnitatē edocendo· Inuitat igiē pietas despantē·trahit caritas inuituz.misericordia pacificat pdicatō instruit· Morz concordia facit amicum pximū humilitas deo · sz dū hec fiunt·timeo ne frater ille qui foris erat supueniat & dicat· Pater tot annis seruio tibi ꝛc ·Reuera ille dicit extra domū esse opassionis qui nescit beneficium psolatōnis·qui tātum nouit murmurare non obsecrare·sic tamen tpanda est misericordia regentis ne impunita remaneat culpa delinquētis· Sed quādoqz spirituales pīes quosdā dlinquētes recipiunt·quos fratres despiciūt.domū opassionis intrare dedignanē·& sic extra moriunē.& qui fratrū opati debuerāt crudeliores platis fiunt·Quē poitā xps ad caulas violentie manu nō reduxit·sed humeris ppzijs impositā reportauit·sic & angeli super vno peccatore penitentiā agente gaudent ·Quid igiē carissimi·concordāt angelus & creator dum puertiē peccator·& frater fratri dedignaē cōpati cū pater spiritualis misericorditer ñ ignoscit filio delinquenti·Qui iacet non erigiē·nisi qui iacent ē erigit inclineē·tales quādoqz erigunē p amorem · quādoqz p timorem·amor erigit·trahit & sustētat Timor cogit·erigit·sed cruciat·nec tamen nimiuz pcat amor·nec nimiū terzeat timor·sed sic amorez timor comitet · vt nc timor odiū piat·neqz amor negligentiā patiaē·Hinc p beatuz iob dicit·Cum fuerem quasi rex ꝛc· ·LI· ¶De capitulo & labore manuum·

SIcut autē fratrū multitudo vt errata corrigat·statutis horis ad capitulū cōfluit sic etiam mentis ratō cogitatōnes diuersas ad secretum cordis quādoqz vocat vt incorrigibiles eiciat.corripiat inquietas·negligentes emēdet·instruat simpliciores·mitiget iracūdas & voluptuosas restringat·pigras excitet· consoleē pusilanimes·doceat indiscretas In hc spiritali capitlo abbatis locū possidet ratō·sciētia culpas accusat supbia reatum defendit·innocētia pfiteē ·hūilitas

seipsã iudicat·arrogantia vero alios iudicare non desinit·more puersorũ fratrũ vicia preceptis ptra vicũt·more vero ſiplicium ⁊tutes obediũt·seipsas tñ qñz ⁊tutes imicẽ accusant·accusat mĩa eñ iusti cią·iustícia ⁊o mĩam·humilitas honestatẽ·honestas humilitatem·Cum agit misericors remissi?·iust? seuerius·humilis ptius·honest? abũdãtius·Quasi ad suscipiendã disciplinã denudãt·qñ p ꝓfessionẽ vitiorũ occulta maifestanẽ·Post capitulũ ad labo rem manuũ fratres egredi solẽt·sic post quietem ꝓplationis egreditur anim? ad laborez necessita tis·Egredit a ꝓtemplatione celestiũ ad meditatõ nẽ scripturarũ·&ibi pmiorum amore tractus & penaz timore tactus descendit ad suoz memoriã delictoz·q̃ dum culpã ꝑriam cognoscit·aliene ci tius ignoscit·& ideo descendit ad opassionẽ proxi moz·inde vero ꝓgredit ad agendam curã eorũ· sicut cum aliquis egreditur de thalomo in domũ· a domo ĩ porticum a porticu ĩ uicũ·a uico in agz In ꝓtemplatione igitur quies est·in ceteris labor· In meditatione scripture laboramus timentes ne pmia iustoz amittam?·ĩ memoria delictoz ne cũ damnatis simus·in opassione vero ꝑximi labor ẽ cordis in agenda cura eoz labor opatõnis·in vno monemur· in alio docemur·in tercio monemur·ĩ ĩ quarto meremur· Monet em̃ scripta quid agere debeamus·Exit etiã anim? in ortum vt videat or tolanũ xp̃m qui plantat germina virtutum· Exit & olera rigare·i·fragilitatẽ carnis lacrimis deplo rare ·sed sicut sol post pluuiam clarior fulget·sic xp̃us post irrigationẽ lacrimarũ benignior appaẽt Egredit iterũ ad ficulneã vt stercoris cophinum mittat·i·vt memoriã peccati fetentem reddat·In trat & in vineã vt circũfodiat eã·vt succidat sar= menta·i·supfluitatis incremẽta·vt qđ luxuriat in palmitibus·abundet in fructibus·Egrediamur in quit in agrũ·Egredit animus a ꝓtemplatõne ad sui circũspectõem·a cura sui·ad agendã curã ꝑximi· vt fiat ager virtutũ·qui prius erat vepriũ & spi a rum. Cõmoremur inquit in villis·i·in illis qui sũt villani·i·rudes & tardi ad ꝓcipienda documenta curie xp̃i·Inordinati em̃ qui non querũt edificatõ nem mẽtis·sed repletõem ventris·terrenis imbiãt terrena sapiũt·In his igit̃ necesse est vt faciamus morã et p doctrinã·p disciplinã Mane surgamus ad vineas·i·non pigri sed p̃cedẽtes exẽplo & opa tõne· ·LII· De refectorio·

INterior homo ĩ refectorio sancte medi tatõnis potaẽ vino ꝓpunctõnis· & diũ sorum exẽploz saginaẽ ferculis · In hoc ergo tres ponunẽ mense·tres intellect? diuĩe scri pture·s.·historialis misticus & moralis·In ꝑma ci b? ẽ grossior·in secunda subtilior·in tercia dulcior Prima pascit miraculis·scda figuris·tercia verbis Res miraculoz corroborat fidem·impletõ scriptu rarũ spem·doctrina morũ caritatẽ·Ponunẽ itaqz mense ponunẽ & panes·Affert em̃ moyses ꝓpsuz apostoli ordeaceũ·helias subcinericiũ·Ordeũ ve= tus testamtũ·Per ꝓpsum õsignaẽ panis lacrima rum·p subcinericiũ designaẽ vita peccatoz· Mini stri apponunt diuersa genera vini·stephanus·s.·vi num passum·esaias aqua mixtum·Inebrianẽ duo noe & loth·noe requies·loth vero declinatõ iter pretaẽ· Qui querũt requiẽ carnis inebrianẽ vino aqua mixto·qui vero requiẽ mentis vino passo· Apponit paul? olera·tres pueri ministrãt legumi na·paul? infirmis olera ꝓprie fragilitatis·igne co cta pauptatis assignat·Tres vero pueri p legumi na delicatis dãt exemplũ seruãde sobrietatis·Se= quunẽ aũt tria generalia fercla carniũ·Abel agnũ Abrhaã arietem·Iosue vaccã appoit·In agno sim plicitas cordis·in ariete fortitudo operis·in vacca lac p̃dicatõnis·Non sit aũt in nobis simplicitas si ne discretõne·sed simus sicut illi qui vt nubes vo lãt·prudẽtes sicut serpẽtes·& simplices sicut colũ be·Ne sit nubes sine pluuia serpens sine prudẽtia columba sine simplicitate·sed careat colũba felle· serpens veneno·nubes siccitate·vt sit simplicitas iusti sine amaritudie·prudentia sine malignitate· doctrina sine vanitate· Post carniũ fercula tres piscium diuersitates apponunẽ·s.·pisces de mari·ỏ flumine·de stagno·Pisces de mari seculares·ỏ flu mine doctores·de stagno claustrales·Tales enim apponãtur qui squamas & pẽnulas habeãt·i.·aspi tatem recte ꝓuersatõnis & alas ꝓtemplatõis· Pi scis de mari cornelius fuit·de flumĩe paul?·de sta gno maurus·Apponat igit̃ petrus ad mensam cor nelium·ananias paulum·benedictus maurũ·Cuz em̃ legunẽ opa cornelij·ꝓuersio pauli· vita mauri quid aliud agit̃ q̃ eoz exemplis animus sagmaẽ· Huiusmodi igit̃ pisces sunt cõmedendi·i· vita & moribus imitãdi·Imitãdus est ergo cornelius fid & ope secularibus·paulus vita & doctrĩa docto ribus maurus humilitatẽ & obediẽtia claustrali= bus·Affert & moyses diuersas ferculoz spẽs·mel scz de petra oleũqz de saxo durissimo· Petra erat xp̃s ante passionem·ꝓpter patiẽtie firmitatẽ·saxũ vero durissimũ postea ꝓpter immortalitatẽ· Per mel ergo designaẽ melliflua doctrina xp̃i·Effusio olei est remissio peccatoz ꝑ gratiã spũssancti· Si habes igit̃ apud te vas mundũ·accipe mel de pẽ Ait em̃·Discite a me quia mitis sum ⁊c·Ecce mel humilitatis·cum dulcedĩe mãsuetudinis sicut mel ꝓcordat m ꝓfectõnibus medicine cum omnib? di uersitatibus speciez·sic ex humilitatis dulcedĩe cõ diunẽ omnia genera virtutũ·p butirũ vero de ar mento signaẽ in patriarchis & ꝓphetis doctrine spũalis pinguedo·p lac de ouibus·innocẽtia cor= dis in simplicibus· Vnde & ꝓpheta ait· Et pauit eos in ĩnocentia ⁊c·ad cor ptinet innocẽtia·ad cor pus opum mundicia·hoc lacte debem? pasci·hac lana vestiri·In adipe vẽo agnoz & arietũ designa tur in plãtis dilectõ fratrũ·Hi em̃ dicunẽ filij ba= san·i·filij pinguedinis·in quo demõstraẽ dulcedo caritatis·Per hircos cum medulla tritici peniten tes imitãtes passionez xp̃i·Sanguis vero vue me raciſſime sanguis est xp̃i·nulla peccatoz fece tur= batur· Qui igit̃ vsqz ad effusionem sanguis ꝓsis resistũt·quoniã ꝓ nobis saluator bibit ꝓ calice ca licem bibentes reddunt· Vnde ꝓpheta· Quid re tribuam dño ⁊c·Sunt & alij cibi egiptij summope vitandi·quia noxij·allia scz cepe & porri· hec filij israhel in deserto cum ollis carniũ suspirabãt que tamen ꝓmesta grauiter inflãt·ventositatẽ generãt cerebrũ turbant, oculos grauãt·lacrimas ꝓuocãt Egiptie carnes sunt mundane delectatõnes ĩ qui bus infirmitates aĩe latent·quia postea p effectus & opatõnes exteriores appareãt·inflat em̃ elatio· ventositatẽ generat verborum inundatõ· turbat cerebrum iracundia·oculos cordis grauat inertia vt igit̃ sanus viuas·noxia deuitãs salubria sumas

·LIII· De dormitorio·

QUoniã est mentis trãquillitas aĩe dormitoriũ nuncupari·in qua ponit̃ lectus ꝓsciẽtie,

substernitur senum carnis·carpiē somnus pacis· Quattuor solent inquietare pacis somnū·vxor hostis·seruus· & vicinus·Cum igiē dyabolus ejciē mundus subijciē·caro affligiē·proximus diligiē·qđ aliud agiē nisi q̄ pax ex omni pte stabiliē·vt sic salomon in circūitu pacem habz·qui non turbaē memoria p̄teritorū delictorū·nec inquietaē desiderio futurorum non frangiē aduersis·non eleuaē pspe ris·De falsa pace dicit· Pax pax & non est pax· Dum em̄ inter seculares pacē querimus·dū discordes ad concordiā reuocamus estimāt q̄ pacem inter nos habeamus·dum in vestimentis ouiū foras eximus·& intus quasi lupi rapaces gregē simpliciuz fratrū lacerādo dispgimus·pacē simulamus sz nō habemus Cohabitatōne siquidē pax vera cognoscē quod lingua vel habitu exteri? simulatorie loquunē·Dicunt em̄ quādoqz lingua & habitus·pax pax·si aūt querae animus·respondz q̄ non sit pax Cum autem habitus cor & lingua concordāt pacem seruāt·vbi vero lingua dissoluta discurrit·pacem soluit·Filij dan prudentes sibi sortem hereditatis designāt quosdā de seculo prudentes sibi ad habitandū domū conuersionis·Inueniūt ergo ibi ephot quādoqz·i·habitum religionis·& cum eo sculptile puersi opis·& conflatile confabulatōnis· Cum enim fieri debet conflatile metalli species circumpositis follibus ponit in igne·sic euenire solet dū simul in aliquo loco conueniunt ociosi fratres·ponūt ī medio metallum·i·materiā rumorū·Aerē folles emittunt & attrahunt cum rumores audiūt fratres & dicunt·Audiē ibi tumultus folliū id est·dissensio impatientiū·mouent cineres·quia cito turbātur leuiores·Crescit flama dum succendit ira·volant scintille·i·verba discordie·sic cum aaron feciss vitulum conflatilem a filijs israhel petijt maures·Inanes sunt rumores·Ex his igiē p̄cedit vitul? petulantie·qui si p̄cedat aufert nobis rectitudinē vie· Non em̄ grauiter incedit·sed ludēdo discurrit·Cū igiē aliqui de seculo ad domum religionis veniūt & hic inueniunt·domū micheē se repisse credunt Micheas interptaē quis est hic·Dum aūt inueniūt ephot·i·habitum conuersionis·& cōflatile·i· verba detractōnis·exeunt quādoqz & recedūt·& admirantes huiusmodi conuersionē·quis est hic dicūt·Multi siquidem istorū societate peiores fiunt·Multi vero ab eis descendētes ad meliora trāscendunt· iob in puluere·sanson in gremio mulieris·petr? ī pfū do carceris·palliticus in grabato iacuisse referunē Dormit in puluere qui gaudet leuitate·p puluerē em̄ dignaē leuitas. Per gremiū mulieris voluptas p profundum carceris ignorātie cecitas·p grabatuz pallitici cōturbatō fratris dissoluti· Excutere ergo de puluere·cōsurge de gremio mulieris·solue vincula colli tui·tolle grabatū tuū & ambula.

·LIIII· De oratorio & modo orandi.

DE dormitorio trāquille mentis trāsire debemus ad oratoriū pie deuotōnis· cum igiē oramus assistētes cora summi iudicis maiestatē insinuem? miseriā·capte mus beniuolentiā·postulemus veniā vt respiciat miseriā misericordia·beneuolentiā diligētia·veniā gratia· Ad insinuatōem miserie ptinet memoria oppssionis· ad captatōem beniuolētie memoria liberatōnis·ad postulatōez venie memoria iustificatōis· Tria sūt autē quibus opprimimur·videlicet captiuitas carcer & infirmitas· In captiuitate siq uidē sunt·loq? dum in egipto sumus·tempus·q̄diu male vixim? pondus laboris·quātitas opis·crudelitas exactoris·ptinacia pharaonis· De his vero que ad carcerem ptinēt·dicit pphēta·sedētes in tenebris ⁊c· Sedent in tenebris qui morant̄ in ignorātia pprie fragilitatis· Sedent & in vmbra mortis·ipa est ymago future damnatōnis· Mendici sumus· quia pxi morum res quas habere non possumus·desiderio & affectu animi mēdicātes pcupiscim?· In hac autem mēdicitate ferro ligamur·quia duris & oppri mentibus culpis aggrauamur· Ad infirmitatē vo ptinent quattuor·de quibus pphēta ait· Esurientes & sitientes ⁊c· Esuriunt & sitiunt infirmitati ptra ria·abhominant̄ & fastidiūt sanitati oueniētia·esuriunt curiositatē·sitiunt voluptatē· abominantur & fastidiunt verbum dei· In fame igiē & siti geratur desideriū tormentū·in fastidio nouimus esse defectum· In se ergo p se deficiūt·quia sibi nō sufficiūt· Ne igiē in seipis omnino remanētes dficiāt in deum pficiāt· De talibus em̄ dicit·Clamauerūt ad dominū cum tri·⁊c· Insinuauim? ergo miseriaz captemus ammō dei beneuolentiā· Ipse est em̄ de quo dicit·Eduxit eos de tenebris ⁊c· Laudāda est igiē potentia·ānunciāda sunt beneficia liberatōis vt capteē beniuolētia liberātis· Ipe em̄ eduxit nos reduxit·deduxit & induxit·de carcere ad patriam p viā rectam in ciuitatē habitatōis·ipe eripuit me de inimicis meis fortissimis· Fortes inimici sūt vicia carnis·fortiores vicia mētis· Fortissimi vo sūt dyaboli· Hi aūt qui me oderūt sunt falsi fratres q̄ michi detrahūt· Ab his eripuit me dom̄? p patiētiam vincendo maliciā. Scriptū est em̄· In patientia vestra pos.a·v.⁊c· ·LV· De reconciliatōne penitētis·

INsinuata est itaqz miseria nostra p enumeratōem tribulationū·capta etiā beniuolentia p recordatōez beneficiorū postulanda est venia de ppetratōne peccatorū· Vestigiis igiē pedum pij iudicis obuolut? clamabo & dicam· Operi manuū t·p·d.⁊c· Osculabor igiē pedes domini ne moriar p culpā·erigā me ad osculū manuum vt bonis opibus viuā innixis pedum summitatibus & manibus reptās·extendā me vt osculū oris sumā· Osculū oris est recōciliatō generis humani facta p incarnatōem mediatoris· Ad pedes igiē agnoscit miseria·ad manum dat venia·ad os gratia· Hoc est marie suspiriū·iste ē labor marthe ille iohānis amor·hic plorat maria·ibi martha conqueriē·illic iohānes quiescit· In his trib? possunt denotari tres animi affectus·s·pfitentiū pprias miseriam·agentiū penitentiā·querentiū gratiā Affectus cognosces p effectus· Maria em̄ lauat pedes domini·non effundit aquā de vasculo·sed de oculo non pāno tergit sed crine·in quib? mundo placuit in his deo seruit· Tria similiter possum? assignare in martha·solicita est ne quod agit fiat pigre·turbatur ne fiat tepide·queriē vt adiuueē ne fiat tarde· Tales em̄ debent esse effectus penitentiū· Nota iterum in iohāne tria· carnales vt aiūt nuptias deseruit·supra pectus domini in cena recubuit· pendenti in cruce cum maria matre eius p̄sens affuit· Querit igiē donum gratie p effectum mundicie·p exhibitōem penitētie·p assiduitatē frequentie· mundicia siquidē videt deum·p̄sentia tangit· frequētia cognoscit Confidant in his qui voluptates euaserunt carnis·qui in pectore ecclesie requiescunt·qui dominice passioni quotidie deuoti assistunt Confidat etiam in his sz ante alios iuuenum

munda societas·qui p oīa placēt mūdo·& tam mundum fugientes seruiunt deo·In hac siquidem etate flauescunt carnes·caro nitescit eburnea oculorum gemmis facies rosea decorat·valitudo corporis vires subministrat·iuuenilis etas longioris vite spaciū repmittit·Tunc eī viget ratō·tunc est visus acutior·auditus pmptior·incessusq; rectior·vultus iocundior·Qui igit in hac etate se deo sociāt·pmium iohannis expectāt·Tales offerunt hostiā viuentē immaculatā non aure·nō oculo·non pede·non cauda carentē·Audiat hoc senum sera uersio quibus ex defectu senectutis aures obturant·turbant oculi·& vt cuncta breuit pstringā·ipe in se p se deficiūt·Hi ñ offerūt agnuz imaculatū·sed vt ita dicam porcū spurcatu·sicut eī porcus in immundicijs·sic senex iacuit ī vicijs & sicut porcu s siliquis pascit·sic & senex fabulis & rumoribus delectat·Simul aūt quādoq; & cōuertit & morit·& ideo hoc sacrificiū caude caret officō·in hoc vite spacō·nisi forte dicas q̄ habuerit caudā in capite·i·principiū uersionis in fine·Amant huiusmodi senes heredes quos ꝺrelīquūt quādoq; carnaliter·insipiēter eneruit·Nimis eī carnaliter diligunt·quos adhuc spiritaliter cōuerti nolunt·Amant insipiēter·quoniā hoc q̄ ꝺ pusse acquisierunt·puersis relinquūt·Eneruiter iterum illos amāt·quoz damna & tribulatōnes nō equanimiter portāt·

·LVI· De lectulo cōtemplatōnis·

Hauit iohānes dulciter & fortiter·quia sicut clauus clauo expellit·ita dulcedie dulcedinē·spiritali carnalē expulit·Amauit sapienter quia nemo prudentiq̄ diligit·q̄ qui cōsilio sapiētie & veritatis seipm pmittit·Fortit amauit·quia pendēte in cruce domino dilectq̄ cū dilecto pmorari non dubitauit·Habet itaq; mundicia dulcedinis affectōem·pīsentia sapiētie discretōnem·frequētia patiētie passionē·Caue igit ne cōsentias carni blādienti·ne credas mūdo decipiēti·ne cedas ꝺyabolo psequēti.sed oppone vitā xpi falsis pmissionibus·quia teipm xpō credidisti·ppone virtutē psecutōnibus quia crucē xpi nō erubuisti·Delectare itaq; in pulcritudie mundicie·ī rectitudine iusticie·in fortitudie patiētie·Hic est lectus pplantiū·hic reqescis·hic dormies·Tria sunt autē que huius quietis pacē pturbāt·pānoz immundicia·i·carnis spurcicia·somnia·i·mūdana gaudia·lecti duricia·i·impatientia·In duro siquidem lectulo iaces·dum tribulat ōis aspitatē patiēter sustinere non vales·Ad abluēdos huiusmōi pānos lectuli maria magdalene pbuit aquā. eosdem extersit martha manibq̄ vt siccarenē·Accendit iohannes ignē·Conueniūt ergo hec tria ad faciēduz mundiciā·videlicet aqua manus & ignis·i·meroz labor & amor·Aqua siquidē abluit sordes·manq̄ exprimit·ignis desiccat·

·LVII· De claustro celesti & eius dispositōne· Ex libro quarto·

IN celesti hierusalē claustrū pfecte beatitudinis ponit·qō quattuor generalibus officinis vndiq; munit·vt ores·vt abundes·vt reficiaris·vt quiescere possis·Pax eterna p similitudinē quasi oratoriū esse dicit esse·quia qui vmcula seu carceres mundi huius euaserūt ad illud cōfugiunt·vt saluent·Cellariū vero abundātie suauitatis diuie sequit refectoriū satietatis et ne sed licet in pace sis·licet abundes diuitijs·licet fruaris ad libitum possessis·nihil tamē pderit·nisi quiescas in dormitorio trāquille mentis·Notā q̄ huiusmodi officine non discoopiunt ventorū turbine·non adnichilant vetustate·sed incolumes & integre pmanēt sine fine vt sit pax sine pturbatōe abundātia sine diminutōne·satietas sine fastidio·quies sine tedio·Qui igit ad illud claustrū pfecte beatitudinis puenire ōsiderat necesse est vt adhuc in domo pbatōnis manens·ordinē ꝺicti claustri diligēter addiscat·Domus siquidē pbationis est vita regularis·In hac domo discimus quid ī futura facere debeam?·hic pbamur·vt ibi recipiamur in hac eī domo habemus xpm magistrū nouicōz claustrū pfecte beatitudis in quadro ponit·vt ex omni pte firmitas equalitatis in ea teneāt·ne eleuetur psperis·ne frangat aduersis·ne de pteritis doleat·ne de futuris aliquio sinistrū posse ptingere ptimescat·In claustro angeli residēt·vt ī eodez eterne felicitatis ordinē pseruent·d uine et lectōi sapiētie studēt·Nec retrahit eos aliqua necessitas corpis·nec aliquod īpedimentū laboris·viriditas pratelli qō est in medio celestis claustri oculos supnoz ciuium recreat·& eos semp sua nouitate cōfortat·Nichil eī vetustum aut transitoriū erit·sz semp nouitate sue viriditatis ab' q; dubio pmanebit·In medio pratelli ponit lignum vite·vt vita sit in amenitate·Est eī vite lignum sapientia dei patris·fructus eius salutem pseruat & vitaz prestat·A q̄busdā queriē·vtrū silentiū in celesti claustro ad horā vel ptinuum teneat·Ait eī iohānes in apoc·Factum est silentium in celo quasi media hora·Celuz est anima iusti que ad eterna sublimia p subleuatōem ptemplatōnis surgētes ab infimis cogitationū tumultibus pmit·& intra se deo q̄ ꝺam silentiū facit·Sed quia hec quies mētis ī hac vita non potest esse pfecta·nequaq̄ hora integra factum in celo silentiū dicit·sed quasi media plēa seruat·Cum igit homo ad aliud beatū silentiū future beatitudinis puenerit·quid petat vlteriusnō habebit·Tunc eī silebit iniquitas·abundabit caritas·nec quicq̄ ibi deficiet·vbi vnusquisq; omnia habentem in se habet·Tunc eī erit deus omnia ī omnibus·nichilq; deesse poterit.quando abbatis more dei sapientia omnibq̄ omnia puidebit·ibi nl' lus in suo ordine deficiet·quoniā in libro diuie sapiētie in quo scriptus est ordo nature·vnusquisq; leget·

·LVIII· De richardo pisiensi & scriptis eius·

Circa idem tempus floruit magister ricardus sancti victoris pisiensis canonicus·qui in libris & tractatibq̄ varijs mlta ecclesie sancte vtilia descripsit·Inter quos eminēt ꝺ sancta trinitate libri septem·ī quibus iudicō meo cunctos qui ante ipm de hac materia tractatq̄ ml' tiplices ediderūt pbabili ratōnū inductionū siml' & dulcedine quadā ac venustate sermonis excessit·Scripsit nichilominq̄ idem ricardus de ptemplatōne pulcerrimū libruū de patriarchis ītitulatū·Aliū quoq; ꝺe mistico somnio nabuch·De arbore quoq; quā idē nabuchodonosor vidit vnū·& alium de quattuor ventis in mari pugnantibus·Alium de extermimatōne mali & pmotōne boni·Alium iterū de officō ecclesie·alium de sacrificō abrhae·Scripsit & tractatum grādem de illo verbo esaie Omne caput languidum·& alium de illo·In die illa nutriet homo vaccam boum·Tertiū vero contra andream & alios in expositōne sacre scripture

iudaizantes sup illo verbo. Ecce virgo cōcipiet & pariet filium ꝛc̄. Aliū aūt ad nouicios de illo vbo psalmi. Afferte domino filij dei. Scripsit etiā liby qui dicit̄ excerptōnum in quo breuiter continet̄ diuisio & materia omniū scientiaꝝ. ac series histo rie p̄cedentiū temporꝝ. & quedā morales expositō nes sacraꝝ scripturaꝝ. Et pauca quidem que ex li bro de patriarchis excerpsi ad vtilitatē legentiuꝫ in hoc loco. huic opi in hunc modū inserere volui

·LIX· Moralis est̄ expositō de vxo ribꝰ & filijs iacob. Ricardꝰ in libro de p̄triarchis

Beniamī adolescētulus in mentis excessu. Quis sit beniamin iste multi nouerunt. alij p scientiā. alij p expientiam. Qui per doctrinā audiant sapienter. Qui vero p expiētiā libenter. qui em̄ eū ēxpientie magisterio semel noſ se potuit fidenter loquez. sermo de eo q̄ꝫ plixꝰ illū satiare non poterit. Omni spiritui ratōnali da ta est gemīa quedā vis a patre luminū. s. ratō qua discernamus. affectō qua diligamus. ratō ad ve= ritatem. affectō ad virtutem. Hee sunt due spūs ratōnalis vxores. ex quibus oriť generosa ples & regni celestis heredes. Ex ratōne oriunť p̄silia re = cta. ex affectōne desideria sancta. Est itaqꝫ lya af fectō diuina aspiratōne inflamata. ad normā iusti cie se ꝓponens. Rachel vero ratō diuina reuelatōe illuminata. in celestis sapiētie ꝓtemplatōem se ex= tollens. rachel em̄ visum principiū vel ouis interꝓ tatur. Nam qui te domino in bonitate sentit. illū qui est principiū omniū oculo fidei cernit. seꝰ & vt ouis veraciter in simplicitate q̄rit. Oms fere cō iugia lye abhorrent. quia laboriosa. qui tamē i am plexus rachel multum suspirāt. quia iocunda. Sa pientiā & multum amare potes & ipa carere. Iu = sticiā vero pfecte diligere hoc iam est iustum esse & omnino quāto amplius iusticiā dilexeris. tanto iustiorꝰ eris. Habet aūt vtraqꝫ ancillam suam. s. lya zelphā & rachel balā. i. affectō sensualitatē q̄ illaꝫ egredientē p̄cedit & huc illucqꝫ circūducit. Nam quia lya lippa est & parū videt illius manuductō nem sequi eam non pudet. Ratō vero ymaginatō nem. quia nunq̄ ad inuisibiliū cognitōem assurge ret nisi ei imaginatō rerum visibiliū formā repsen taret. Sed quoniā ymaginatō queqꝫ visa vel audi ta ad memoriā reuocat. eadē itez & iterū replica re non cessat. Et sepe cū nulla ei cordis voluntas assensum p̄beat. ipam tamē more decrepiti senis. vel inueterate anus. quasi narratōem explicat. nul lo audiente. merito bala. i. inueterata dicit̄ que i= ueteratorū morem imitat̄. Zelpha em̄ interp̄tatur os hians. Vinum qđ sitit est gaudiū voluptatis. & quātoplus bibit tāto amplius sitit. Nā ad satiā dum sensualitatis appetitū totus mundus nō suffi cit. Vidimus ergo de ābaꝫ obsequio. & de vtriuſ qꝫ vicō. Est em̄ bala garrula. zelpha temulēta Bale nanqꝫ loquacitatē. nec ipa eius domina rachel cō= pescere potest. & zelphe sitim domine sue copia tā ta omnino extinguere non potest. Itaqꝫ filij iacob ex lya. sunt ordinati affectus. Septenaria igit̄ lye ples septem sunt virtutes. Siquidē nichil aliud ē virtus q̄ animi affectus ordinatꝰ atqꝫ moderatꝰ Ordinat̄ quidē ad id ad quod debet. Moderatus vero. i. tātus quātus esse debet. Principales ergo affectus septem sunt. qui ab vna animi affectōne alternatim surgunt. spes. s. & timor. gaudiū et do lor. amor odium & pudor. Hi omnes cum ordīati sunt tunc tātum inter filios iacob deputāti sunt.

·LX· De quattuor filijs lye id est. affectionis.

Citur prima virtutū ꝓles est timor. qui scz nascit̄ ex ꝓsideratōe ꝓpij sceleris & potentie iudicātis. Hic est ruben filiꝰ vi sionis. quodammō em̄ cecus est qui peccare nō ti met. quia futura mala non p̄uidet. Non erubescit prauitatē suā. nec expauescit potestatē diuinam. Hic primo filio crescente secūdus nascit̄. qz timo rem magnum necesse est vt dolor sequat̄. Quāto em̄ quis vehemētius metuit penā quā meruit. tan to acerbius plāgit culpā quā fecit. Et quia cor cō tricum & humiliatū deus non despicit. Hic filius simeon. i. exauditō dicit̄. Oratō em̄ citius exaudit̄ que ex corde contrito & humiliato ꝓfert̄. humiliato scz p timorem. cōtrito p dolorē. Sed beati q̄ lugēt quoniā ipi cōsolabunt̄. Que aūt ꝓsolatō penitēti potest esse. nisi vna spes venie. Hic est tercius filiꝰ qui leui. i. additus vel additō vocat̄. quia duob⁹ illis p̄rioribus supaddit̄. Quāto em̄ quis frequen tius ac vehemētius de suo reatu interno dolore af ficit̄. tāto certior ac securior de indulgētia efficit̄. Scōm multitudinē inquit doloꝝ meorū in c. m. ꝛc̄ Et tunc incipit quedā familiaritas inter deum & animā fieri. eo q̄ hec se sentiat ab illo sepiꝰ visita ri & dicit. Nunc copulabit̄ michi vir meus. Verū anime sponsum deū. s. tunc nobis veraciter copu lamur. cum ei p verum amorē imberem⁹. ymmo ve ro tunc sibi nos ille ꝓnectit quādo nos quibusdaꝫ internis ꝓmercijs ad amorem suū accendit & arti⁹ astringit. Itaqꝫ sicut post crescentē timorem neces sario suborꝫtus est dolor. Sic vtiqꝫ post spē natam & quotidie ꝓficientē nascit̄ amor. Hic est quartꝰ filius scz iudas. i. confitens. Illa em̄ est vera cōfessio que ex casta dilectōe cōsurgit. Semp inquit laus est in ore meo. Semp quidē laudas si semp amas. nā non amares. si non a ꝓbares. Quid est autem a ꝓbare nisi laudare. Et etiā ipa laudatō cōfessio est. sed hec confessio laudis est. Cōfessionē quoqꝫ cri minis iudas agnoscit. quia & hec ad honorē dei p tinet. Et qui veraciter diligit libēter facit. qui dq̄ honori dei militare coguouerit. Multū em̄ ꝓmēdat bonitatē dei non solū largitas sua sed etiā iniq̄tas nostra. Si em̄ magnum est nil ꝓmerētibus gratis impēdere mlta. quale quātumue erit tribuere bōa ꝓmerentibus mala. O qualis pietas quā nulla no stra supare potest impietas. Alia em̄ sunt que mise ricorditer ignoscit. alia que affluenter tribuit. Cō fiteamur ergo illi & mala nostra a nobis eē. vt pie ignoscat. & bona nostra ab ipo esse. vt ꝓseruet & augeat. Hoc iudas incessanter accitat ne ingratꝰ appareat. vel de indulta venia. vel de ꝓcessa gtia. Ideoqꝫ recte hic filius iudas vocat̄. qz verꝰ amor semp ꝓfitet̄. Ecce primi quattuor filij lye. s. timor pene. dolor penitētie. spes venie. amor iusticie. Et post hoc ꝓsinit parere. quia sibi sufficere posse esti mat cum se vera bona veraciter amare ꝓsperat.

·LXI· Qz rachel. i. ratō primo suscepit filios ex bala id est. ymaginatōne.

Dato itaqꝫ iuda. i. bonorū inuisibiliū desi derio exurgente atqꝫ feruēte. rachel inci pit amore plis estuare. quia icipit velle cognoscere. Vbi em̄ amor ibi oculus. & libenter aspicimus que multum diligimus. Ergo q̄ntopl⁹ crescit iudas. i. affectus diligendi. tāto amplius in rachel feruet desiderium pariēdi. id est. studium cognoscendi. Sed valde difficile est. immo pene

impossibile mentē carnalē & adhuc in studijs spi
ritualibus rudē·ad inuisibiliū intelligentiā assurge
re· & in eis ꝺtemplatōnis oculū figere· Querenti
ēm inuisibilia nihil aliud occurrit·nisi q̄ cogitare
cōsueuit sola visibilia· Melius tamen est qualicun
q3 modo illa cogitare q̄ obliuioni vel negligentie
tradere·facit ergo quod potest & intuet̄ ea p yma
ginatōem·que necdū videre valet p intelligentie
puritatem·sicq3 rachel prius habet libꝛos de ācil
la q̄ generet de seipa· Suadet ēm ratō ꝺmodi? es
se qualicūq3 modo vera cogitare bona· & ymagi=
naria quadā saltem pulcritudīe ac eoꝝ desideriuꝫ
animū accendere·q̄ in falsis deceptoꝛijs bonis co=
gitatōem figere· Vide quomō etiā diuine scripte
huic speculatōni alludāt & humani infirmitati cō
descendāt· Res ēm inuisibiles p rerū inuisibiliū
formas describūt· & earū memoriā p quarundam
ꝓcupiscibiliū speciem pulcritudīnē mētibus nostris
imꝓimūt· Hinc est q̄ nūc terrā lacte & melle ma
nantē ꝓmittunt·Nunc flores·nunc odores nomi
nant·nūc p cantus hominū·nūc p cōcentus auiuꝫ
celestiū gaudioꝝ armoniā designāt·In apoc· enim
iohānis celestis hierusalē ornatus p aurum & ar=
gentum & gemmas p̄cioſas multipliciter describi
tur·& scimus quia nichil talium est ibi p speciem
vbi tamē totum est p similitudinē·In oībus his
habet bala vnde domine sue seruiat·quoꝝ ei mēo
riam p voto repsentat· Nunq̄ ēm ymaginatō ra=
tōni vtilioꝛ esse poterit·q̄ cum ei in tali obsequio
deseruit· LXII· De duplici ymagiatōne

Sed sciendū q̄ ymaginatō alia bestial' est
quādo·s·p ea que paulo ante vidim? vl'
fecimus absq3 vlla vtilitate & delibera=
tōne huc illucq3 vaga mente discurrimus· hoc eti
am & bestia facere potest· Alia vero ratōnalis q̄n
q3 ex his que p sensum corꝓoreū nouimus· aliq̄
ymaginabiliter fingimus· Verbi gratia auꝝ & do
mum vidimus·aureā domū nunq̄ vidim?· aureaꝫ
tamen domū ymaginari possumus si volum?·hoc
vtiq3 bestia facere non potest·soli ratōnali creatu
re hoc possibile est· huiusmodi ymaginatōne sepe
vtimur·cū que sint future vite bona vel mala dili
gentius rimamur·Nunq̄ hic sola mala· nunq̄ hic
sola bona sed ꝓmixta simul & bona & mala· Item
hic sicut nec sola·sic nec summa inuenimus Ibi ve
ro & summa & impmixta bona vel mala esse non
dubitamus· Quotiēs igit̄ ex multis bonis vel ma
lis que in hac vita sensus corꝓoꝛeꝰ expit̄·quale·s·
vel quātum esse possit illud future vite summum
bonum siue malū colligit̄· Et ex hoꝝ ymaginatōe
quedā futuroꝝ ymago figurat̄· Talis vtiq3 yma=
ginatō ratōnalis esse nititur·& ad balā & rachel
ꝓtinere videt̄· Ad balā ꝓtinet inquātū ymaginatō
est·ad rachel inquātum ratōnalis. Talis itaq3 ꝓles
& ymaginatōnis est p natiuitatē· & ratōis p ado
ptōem· Ex bala nāq3 nascit̄·sed p rachel moderat̄
Nemīnē aūt cōturbet q̄ & matrē & ꝓlem ymagia
tōem appellem·sed hoc volo esse inter matrē & fi=
lium quod est inter instrumentū & actū· & sepe
instrumentū & eius actōnem vno nomīe appellā?
Nam illud qō videmus & illud quo videm? visū
vocam?· LXIII· De duob? filijs bale

Ratōnalis ymaginatō alia est p rationem
dispositā·alia intelligentie ꝓmixta· Illa
vtimur quādo scōm visibiliū rerū cogni
tam speciē ad inuisibiliū cognitōem ascendere niti
mur·in illa est ymaginatō non sine ratōne· in ista
intelligentia non absq3 ymaginatōne· Isti sūt duo
filij bale·quoꝝ ꝓmogenitus dan dicit̄·posterioꝛ ne
ptalim nominat̄· Ad dan itaq3 specialiter ptīet cō
sideratō futuroꝝ malorū·ad neptalī speculatō fu
turoꝝ bonoꝝ· Dan nichil nouit nisi corꝓalia· sed
ea tamē rimat̄ que longe sunt a sensu corꝓoreo re
mota·Neptalim p rerū visibiliū formā surgit ad
rerū inuisibiliū intelligentiā· Infernalia ēm toꝛmē=
ta longe a sensu corꝓoreo remota non dubitamus
quia vbi vel qualia sint videre non possum?·Sed
cum hec quotiēs volumus p ministeriū dan p ocu
lis cordis habemus·Nemo ēm fideliū cū infernuꝫ
flamāq3 gehenne·tenebras exteriores in scripturis
legit hec figuraliter dicta credit·sed ista veracitē
& corꝓoraliter alicubi esse non diffidit· Recte er
go hoꝝ cōsideratōeꝫ ad dan specialiter iam ptīere
diximus·vbi sola ymaginatōne opus hab emus·q̄
uis eā in tali negocō non sine ratōnis dispositōne
tractemus·sed cū terrā lacte & melle manātē cele
stis irl'em muros ex lapidibus p̄cioſ portas ex mar
garitis·plateas ex auro legerit · Quis sani sensus
hoc iuxta literā accipe velit· Vnde statim ad spi=
ritalē intelligentiā recurrit·& quid ibi misticū cō
tinet̄ exquirit· Multa tamē que etiā de tormentis
malorū scripta sunt mistice sunt accipiēda·& mlta
ꝺ future vite bonis q̄uis corꝓalia ꝺscribanē spūa
liter sūt intelligenda Illa aūt ꝓsideratō meditanti
facilius occurrit·que in sola ymaginatōne ꝓsistit·
Nā illa que cum intelligentia pmisceꝰ quāto subti
lioꝛ tāto difficilius inuenit̄· Vnde est q̄ dan ꝓꝛ·
neptalim vero posterioꝛ nascit̄· LXIIII·

De officō dan·

Hoc autem valde notabile est q̄ dan secū
dum p̄sentium reꝝ ymaginatōem veraꝫ
repsentat rerū futuraꝝ ymaginatōem fi
ctam·Neptalim vero sepe p descripte rei ymagia
tōem fictā·surgit ad intelligentiā verā· Non eniꝫ
licet de futuris bonis p spūalem itelligentiā aliq̄
falsum fingere·q̄uis absq3 culpa sit tormēta malo
rum multo plus aliter q̄ sunt p ymaginatōeꝫ cer
nere·Quis ēm ea omnino ꝓut sunt in hac vita cō
templari sufficit·sed quisq3 ea p arbitrio mētis nō
qualia sunt·sed qualia fingere nouit figurādo ea
describit·Vnde fortassis hic talis filius dan id est
iudiciū vocat̄·quia in tali repsentatōne nō expien
tie documentū·sed sue discretōis sequit̄ arbitriū
Est tamē huius nominis alia ratō· Sancti ꝛenim
viri quotiens se sentiunt turpibus cogitatōnib?
pulsari·solēt in ipo etiā cemptatōnis aditu futura
tormenta ante mentis oculos ponere· & p ꝓsidera
tōem pene vlciscunt̄ & damnāt blandimēta culpe
Quia ergo p officiū dan illicitas cogitatōnes dep̄
hendimus·arguimus·damnam?·recte dan·i·iudi
cium vocamus· Sed quid hic de turpibus tātum
cogitatōnibus loquimur·q̄nquidē vanes & muti
les pfecti viri non leuiter abominant̄ ꝓpter illud
Ve qui cogitatis inutile·& illud spūssanct? disci
pline effugiet fictum ꝛc· Quid queso fiet de his q̄
sentimus non sine quodā illi cito affectu·quando
spūssanctus aufert se ab his q̄ sunt sine intellectu
Multoꝝ ēm est seipos rephendere de puerso ope
uel de prana uoluntate·pauci uero sunt q̄ seipos
diiudicēt de inordinata cogitatōne·sed qꝛ pfecti
uiri hoc faciūt·iacob p̄cipit dicēs·Dan iudicabit
po·s·sicut·a·t·s·Si ēm dan populū suū districte
custodiat·si iudiciū suum diligenter exerceat·fiet
ut in ceteris tribubus raro inueniat quod de iure

damnari debeat. Mens etenim que statim in ipsa suggestione pcidit illecebrosam cogitatōem · non facile rapit in prauā delectatōem. sicut & culpa q̄ phibet ante prauū psensum nunq̄ transit i actuz Semp inueniet dan in tribu sua quod examinare ō beat. & quod iuste reprehendat. q̄uis in alijs possit fieri vt aliquādo aliqua eaz sine culpa valeat i ueniri. Aliaz nāqz culpa est in volūtate. hui? aūt ordinatō sepe est in necessitate · nunq̄ em̄ malum approbo. nunq̄ malo cōsentio. nunq̄ pficō nisi ipse voluero. Malum aūt p cogitatōem occurrere potest etiā multo. sed ad dan ptinet exurgēs malum statim in iudicō adducere diligenter discutere. de phensum damnare. & deceptoriā cogitatōnem ex alia psideratōne pcutere. ·LXV. De officō neptalim.

Sed sicut ad officiū dan spectat p repsentatōem pene reprimere exurgētia vicia. sic ad neptalim ptinz p psideratōz pmiorum inflamare desideria bona. Quod duobus modis facere cōsueuit. vtiē nāqz aliquādo translatōe aliquādo apatōne. Compatōne quādo ex pfentiuz bonorū multitudine vl' magnitudīe colligit illa future vite gaudia quot vel quāta esse possunt. Vēbi gratia inspecta sepe solis claritate psiderat quāta futura erit lux illa spiritalis. si tāta tāqz mirabilis est lux ista corpalis. Quanta nāqz putas erit illa que erit nobis pmunis cum angelis si tanta est ista quā habemus pmunē cum bestijs. Qualis erit lux futura beatorum si talis est pfens ista lux miserorū. Item multiplicitatē bonorū inuisibiliū cōijcit ex multitudine bonoz visibiliū. Quot sūt em̄ colores. quot odores. quot sapores · si tot delicie corporum. quot erunt delicie spirituū. Trāslatōe quādoqz rez visibiliū quālibet descriptōem transfert ad rerū inuisibiliū significatōez. Verbi gratia Audit in scripturis nominari lucē maccessibilem. Querit ergo que sit lux ista incorpea. & inuenit q̄ est ipa sapiētia. Sicut em̄ lux illa exterior illumīat oculos corpoz ita illa oculos cordiū. Liquet ergo q̄ recte secundum vtrāqz interptatōem neptalim dicat. quia compatō vel uersio interptatur. Solet nāqz cognitā quālibet rerū visibiliū naturā uertere ad spūalem intelligentiā. Huiusmōi ergo speculatō que p neptalim designat habet aliqd singulare valdeqz notabile. Est em̄ & pmptior i meditatōne. affabilior in sermone Vnde & p iacob dicit. Neptalim ceruus emissus. Ceruus ppter curredi facilitatē. emissus ppter curredi auiditatem & recte non aui volāti iz ceruo curreti opat. Nādum p rerum visibilium formā rerum inuisibiliuz naturā querit quosdā saltus dare. non aūt ad plenum volatum ualescere cōsueuit. quia in eo q̄ se ad summa erigit rerū corpeaz secū trahēs umbraz yma omnino nō deserit. Vultis audire eloquia pritudinis. qualia neptalim formare osueuit. Osculet me inquit osculo oris sui. Fulcite me floribus stipate me malis. quia amore langueo. Fauꝰ distillans labia tua ꝛc. Sic nouit neptalim carnalia cuz spiritualibꝰ pmiscere. & p corpalia incorpea ostendere. vt vtraqz hominis natura in eius dictis inueniat. vnde se mirabiliter reficiat. qui ex incorporea & corpea natura constat. Illud aūt in eius dictis valde est mirabile dignūqz admiratōne q̄ tūc fere semp delectabilius blandiunt. quādo iuxta litere sensum nichil sonare videnē. Quale est illud. Capilli tui sicut gre. ca. nasus tuus sicut turris libani caput tuum sicut car. Sed forte in huiusmodi dictis hoc est quod tam libēter pplectimur quod ex iocunda quadā vt ita dicā litere fatuitate ad spiritalem intelligentiā psugere coartamur. Hec sufficiant de filijs bale. restat nūc de filijs zelphe.

·LXVI. De duobus filijs zelphe

Per zelphā debemus sensualitatē accipe quā virtutis plem potest ipa gignere. nisi vt discat in rebus psperis tpaliter viuere. & in aduersis patientiā habere. Isti sunt gad & aser. rigor abstinentie & rigor patientie. Gad nascit prior. aser aūt posterior. quia prius est vt tē pantes simus ad bona ppria. postea etiā vt fortes simus ad tolerāda mala aliena Hec est gemīa vtuum ples. quā quidē parit zelpha in dolore. verū tamen ad magnā beatitudinē domīe sue. Hinc est q̄ nato gad lya exclamat dicēs feliciter. & iteruz aser nascente hoc p beatitudīe mea. Mea inqt nō sua. Vnde em̄ sensualitas exterius p carnē atteritē inde cordis affectō ad puritatis integritatē reparatur. Quāta em̄ putas pax cordis est. nulla huius mundi oblectamēta ocupiscere. nulla eis aduersa formidare. Quid illiꝰ gaudiū imminuat. qui etiaz de illata ptumelia vel q̄libet pssura exultat. Duo em̄ sunt ex quibus cōstat gaudium beatitudis. carere. s. eo quod nolis. & habere q̄ō velis. Felicem em̄ dicimus qui nil patiē quod nolit. & beatū cui suppetūt que cupit. Isti sunt gad & aser quorum prior calcat mundanā gloriā. alter ppter deū libenter patiē mundi pssuram. Prius autē semp est vt ancilla rachel redigaē sub viri potestate q̄ ancilla ipius lye. si em̄ ymaginatōnis euagatō que fit p inutiles cogitatōes prius non reprimit absqz dubio sensualitatis appetitus imoderatus mīme tpatur Qui igit vult corpalium voluptatū ostideria tempare. prius assuescat carnales delicias nunq̄ vl' raro cogitare. pfecto quāto talia rariꝰ cogitaueris tanto rarius. tātoqz tepidius ea desiderabis. Patz nichilomimꝰ q̄ gad & aser nunq̄ adoptinos filios lya faceret. nili sororis sue rachel adoptiuā sobolē assidue cerneret. Quis em̄ vnq̄ affectōni cordis p suadere posset mundi huius pspera cōtemnere et eius aduersa non formidare. nisi suggerētibꝰ dan & neptalim future vite tormenta vel pmia eterna frequēter immo pene idesinēter cogeret aspicere Nunc aūt p assiduam cōsideratōnem futuroz malorum facile ei psuadet ptēptus pfentium bonoz & iterū p iugē ptemplatōem eterne felicitatis ista mat ad voluntariā tolerantiā pressure tpalis.

·LXVII· De officio ruben & mandragoris eius.

Timere aūt deū ppter seipm homines autem ppter deum. est rubē nūc intus morari. nunc foris mueniri. Exit ergo tēpe messis triticee. quādo ex impio obedientie exercet se m opibus iusticie. Sed quādo ad pfectaz putas obedientiā ualesceret. nisi cum gad & aser. id est amor abstinentie & patiētie. ad ptemptū voluptatis vel ad tolerantiā tribulatōnis animasset. Duo em̄ sunt que solent pfectōem obediētie ppedire. id est. ne cogamur vel amata deserere. vel aspera tolerare. Sed si semel animus amore abstinētie vel patientie pfecte incaluerit. ptinus rubē ad omnē obedientiā absqz vlla ptradictōne se subdit. Qui em̄ tam aduersa ppeti. q̄ in psperis non delectari apō semetipm statuit. q̄ difficultas eiꝰ obediētiaz vlterius minuere poterit. Si enim dura & aspera

queqz p dei amore etiam p memetipm appeto·cur non magis hec ex adiuncta obedientia ad maioris meriti gratiã tolero·Recte ergo·post natum gad & aser rubẽ exire dr·qa timor dñi ex volũtaria abstinẽtia & patiẽtia ad omnẽ obedientiã roborat̃ Sed quãtus qualisqz bone opinionis odor de ipso circũquaqz spgiẽ·qui uulla molestia nullaqz iopia a studio obediẽtie ppeditur·Hee sunt mãdragore quas ruben inuenit·quas ab ipo mater eius lya accipit·quãdo oblata laus affectum tãgit·Tempate vero rachel non mãdragoras sed mãdragorarũ ptem petit·Nam valde est difficile vt anim9 qpuis renitẽs ex oblata laude non hilarescat Absente adhuc viro vix lya ptem pcedit·sed in eius aduentu eius desiderio uberius accensa nil sibi ex eis ulterius reseruari voluit·Sic mens hominis spiritali dulcedine tangiẽ quidqd prius de humana laude pcupierat libẽter obliuiscie·In hunc aũt modum mãdragore de possessione lye vtiliter rediguntur sub rachel potestate·Nouit em̃ rachel qp lya mandragoris melius uti·Nam quidqd affectio cordis vsurpat ad laudẽ sui·rectius sane ratõ retorquet ad gloriã dei·Mãdragore nec post natos tot lye·nec post gemmos liberos bale·sed post natiuitatẽ filiorum zelphe statim legunt̃ imẽte·Ad filios nãqz lye voluptates·ad filios bale cogitatões·ad filios zelphe ptinẽt actões·Et qpuis vera laus sit de recta voluntate·eã tamẽ non laudamus nisi appareat in ope· ·LXVIII· ¶De quattuor filijs ancillarz & officõ eorz·

Hoc aũt de duarz filijs istarũ ancillarum retinendum qp ex eorz vigilãtia pscientie nostre ciuitas mire custodiẽ·multũqz p regiẽ·Primogenit9 nãqz bale eã pponit intrisecus Primogeit9 em̃ zelphe munit eam extrinsec9·Per dan reprimunt̃ mala intus exurgẽtia·p gad repellunt̃ mala exterius exurgẽtia·Ad dan ptinet disciplina cogitationũ·Ad gad aũt spectat sensuum·Debet itaqz dan euigilare ad discretõnis iudiciũ·gad dimicare fortiter p abstinẽtie exercitiũ·Vni9 est sedare ciuilẽ discordiã·alterius repellere hostilem pugnã·hic vigilat cõtra ciuium poitõem·ille contra hostium incursionẽ·disciplina em̃ corporis sine disciplina cordis inutilis est·disciplina vo cogitationũ sine disciplina sensuum obseruari nõ potest Vnde satis constat qp sine adiutorio gad qui contra exteriora euigilat·dan in pponenda ciuium pace intus maniter laborat·prius itaqz gad se accingit quãdo sensuum dissolutõem p disciplinã restringit·Tuncqz fortis plio dimicat·quãdo desideria carnalia p carnis mortificatõem trucidat·Assistunt & eis fratres sui non segnes ad auxilia ferẽda·neptalim intus cum dan·aser exterius cũ gad·Gad itaqz & aser vigilãt contra hostes·dan & neptalim soliciti sunt circa ciues·Dan terzet nimis·neptalim fouet pmissis·Adiuuat & aser exterius fratrẽ suum·latus vnum ptegit·ille alterũ defendit·Gad certat in dextero·aser in sinistro·Quãtũ putas aser iste abundat in diuitijs spũalium cõsolationum cuius diuitias quelibet aduersitas nõ tãminuere qp augere solet·Nam quãto diutius pmitur exterius·tãto delectabilius gloriat̃ interius·He sunt ille delicie quas tãtum sitiũt·nõ dico pauperes & ignobiles·sed etiã ipi reges & pncipes Aser inquit pinguis panis eius & p·d·regib9·Si em̃ gaudiũ est in celo sup vno peccatore penitentiam agente·quãta tunc solennitas erit sup quoli bet iusto p iustitia libẽter moriẽte·Vere aser pinguis panis dicie·Quã putas largus esse potest in necessitates paupum·cui supabũdat pare delicias regum·quãtum putas miranẽ·quãtuz ue gratulãtur in eius constãtia·quos viuentes adhuc in valle lacrimarũ pmit infirmitas sua·si tãtum delectãtur in eius opibus illi etiã quos iam absorbuit felicitas illa eterna· LXIX· ¶De ortu isachar & eius officõ·

innocencij pisius in cāpellis requieſcit a iudeis ſic interfectus·et cruci affixus·feliciter per martiriuz migrauit ad dominū·vbi etiā p eius interceſſiones operāte dō multa miracula facta fuiſſe referūtur Venerabilis ergo rex philippus quod viuēte patre diu mēte clauſū geſtauerat·et ob patris reuerentiam pficere formidauerat· in ipſo ſui regni initio zelo dei inflamatus aggreſſus ē·Nā ad ipſius mādatū capti ſunt iudei per totā franciā i ſinagogis ſuis ſabbato et primo quidem expoliati ſūt veſtibus & auro & argēto·Eo ſiquidē tpe multitudo maxima iudeoz pisius habitabat qui de diuerſis orbis partibus ob pacis diuturnitatē illuc conuenerant Audierāt ei ſtrenuitatē regū frācorū contra inimicos et pietatē i ſubditos·Illuc ergo diu cōuerſati i tantū erāt ditati·q fere medietatē vrbis ſibi vendi cauerāt·Sed & contra dei & eccleſie decretū xpianos in domib? ſuis ſeruos et ācillas habebant qui etiā cum eis iudaizabāt·Ciues quoq; milites·ruſticos·de ſuburbijs et opidis & villis ſupra motum vſuris grauabāt·& quoſdā etiā in domib? ſuis iuramēto cōſtrictos quaſi captiuos in carcere detinebant·Sed et vaſa ſacra pro miſtāti eccleſiarū neceſſitate ſibi nomine vadij ſuppoſita tā viliter tractabāt·q eoz infātes in calicibus offas i vino factas cōmedebāt et cū eis bibebāt·Itaq; tm entibus illis ne domus eoz ab officialibus regis ſcrutarētur·q dā ex eis crucē aureā et euāgelioz codices auro et gemmis deornatū· cū alijs vaſis i ſacco repoſuit· et in profundā foueā vbi ventrē purgare ſolebat· prochdoloz viliſſīe proiecit·que omīa paulopoſt domino reuelāte ſunt inuēta·Dato itaq; edicto a rege vt omnes iudei ō regno eius exirēt· quidā ad fidē xpi conuerſi ſunt·quibus intuitu xpiane religionis omnes poſſeſſiones ſuas integre conceſſit·Alij vero barones et plātos eccleſie dois et promiſſis allicere ceperunt·vt per eoz suggeſtionē et infimitā pecunie pmiſſionem animū regis a propoſito reuocarēt· Sed rex nec precib? nec promiſſionibus rerū tēporaliū emolliri potuit· Illis ergo electis eoz bonis poſſeſſionibus imobilibus ad fiſcuz regis deuolutis·rex omnes eoz ſinagogas quas ſcolas vocabant mūdari iuſſit·et eas cōtra voluntatez oim principum eccleſias deo dedicari·ibiq; altaria conſecrari fecit·vt vbi prius xps more iudeoz blaſphemabatur ibidē a clero & populo laudaretur

Acta eñ ſunt hec anno domini·M·clxxxiij·etatis eiuſdē philippi·xxij·regni vero·iij·

XXVI. De vltione eiuſdem in cotarellos

Qdē āno in prouincia bituricēſi· vij·milia cotarelloz & eo amplius interfecti ſūt ab illius terre incolis in vnū contra inimicos dei·Iſti eñ terrā regis vaſtando predas ducebant homines captos ſecū viliſſime trahebant·et cū vxoribus captoz̄ in proch nephas ipſis videntibus dormiebāt·Sed et eccleſias incendebant ſacerdotes & viros religioſos captos ſecū ducētes·& i ipſis tormētis irriſorie cantores eos vocātes ſubſannabant dicentes·Cātate nobis cantores cantate·et cōfeſtim eis alapas dabant·vel cū groſſis virgis eos cedebant· Quidam itaq; ſic flagellati·beatas animas domino reddiderūt·Alij lōga carceris cuſtodia ſemimortui·data pro redēptone pecunia ad propria redierūt· Deniq; peccatis hominū exigentibus·ideo cotarelli eccleſias ſpoliabant· et corpus domini ō vaſis aureis vel argēteis i quibus p infirmoz neceſſitate reſeruabatur extrahētes pch doloz·et i terram viliter p̄jcientes·pedibus conculcabant·De corpalibus vero cōcubine eoz pepla capitibus ſuis cōponebant· Calices vero ſecū irreuerenter·portabant & malleis vel lapidibus cōfrīgētes diſtrahebant·Hec vidētes incole puincie illiuſ domīo ſuo regi philipo p literas intimauerunt·acceptoq; ab eo exercitu iſultū i hoſtes vnanimiter fecerūt·et omnibus intefectis a minimo vſq; ad maximū·de preda illoz multi ditati ſūt· Eodē; anno idē rex pariſius a lepſis extra vrbē manentibus nūdinas ſibi ac ſuis ſucceſſoribus emit· & intra vrbem i foro quod campellis dicitur tranſferri fecit· Nemus quoq; vicinaz optio muro fecit circūcingi·Quod audiens hēricus angloz rex· feras p totam normanniaz & aqtaniam colligi fecit·Quas in nauē poſitas & ingenioſe coeptas per fluuiū ſecane longo·ſ·aquaz ductu prefato regi domino ſuo piſius tranſmiſit·qui eas i predictū nemus includi fecit·Nec multopoſt idē inclitus iuuenis henricuſ obiit·Eodē tempe multi heretici i flandria ebuſti ſunt ab archiepo remenſi guillermo et comite flandrenſiū illuſtri philippo XXVII. De pace inter regem arragonēſem et comitē ſancti egidij miraculoſe facta

Orta autē diſſenſio magna fuerat ex lōgo videlicet tempe inter ipſū regē arragonē ſiū·et comitez ſancti egidij raimundū· q cū nulla ratione pacificari poſſz cuidaz paupi turā do nomine deus apparuiſſe fertur i vrbe anicien̄ſi q̄ nūc podiū dicitur·eiq; tradidiſſe cedulaz in q̄ erat imago beate marie virginis i throno ſedētis·tenēs imanibus pueri ihesu imaginē· et in circuitu imp̄ſam· hmoi ſimilitudinē·Agnus dei qui tollis pec in·do·no·pa·Quod audiētes pncipes cuz vniuerſis populis aput anicium cōuenerūt i aſſumptione beate virginis·Tunc illius vrbis epus cuz clero et populo pauperē illū carpētariuz i edito ponentes intentiſſime audierūt·eo q̄ mandatū domini de pace reformanda inter eos audacter referente·& cedulaz cuz imagine beate virginis·p ſigno omnibus oſtendēte vocez cū lacrimis eleuantes·mēte pmptiſſima ſe pacē ſeruaturos ſub iuramēto p̄miſerūt In ſignuz autē ſeruande pacis predictū ſigilluz beate virginis iſtanno impreſſū·ac pectori ſuppoſitū cū caputijs lineis albis ad modū ſcapularis alboz monachoz factis ſemp portauerunt et quod mirabile eſt omneſ huiuſmodi capucium cum ſigno portantes intantū ſecuri erant·q̄ ſi quis fratrē alteri? aliquo caſu iterfeciſſet·et frater ſupſtes fratricidā cū ſigno iam dicto occurrentē videret·ſtati morte fratris obliuioni data i oſculo pacis illumeū lacrimis recipiebat·et in propriaz domum intuitui neceſſaria miſtrabat

XXVIII. De ſancto petro clareuallenſi et bonis eius initijs atq; operib? ex geſtis eius

Florebat hoc tempore petrus monocul? abbas clareuallēſis q̄ ſublimitatē generis ſui ſemp quanta potuit diſſimulatione celauit·Igniaci vero nouicius factus eſt·In cibo enim nil vnquam facile pter commune ſumpſit· de ipo communi multum & ſepe ſibi ſubducēs·cuculliam tm̄ habebat et tunicā·In hieme ptē ſolitū etiā vnā cucullam & tunicam habebat·hoīs nunq̄ vſus eſt nec etiam pdulib? niſi ſimplicibus·Vigilijs autez & iuziter & ptinaciter interfuit·vilis volebat viri·non humilis p̄dicari·Gratias ſingulares nec habuit·nec habē queſiuit·vt politū eloquiz venuſtatē

persone industriã in negocijs secularibus fauorabilẽ largitatẽ bona intima possidebat. In exterioribus se obscurũ esse gaudebat. Nec sic obscurus et vilis erat vt ipse putabat. Sed apud recte iudicantes multũ venerabilis et mirabilis erat. Nocte igitur quadã anteq̃ veniret igniacũ. vidit in visu noctis q̃ aulã ingrederetur pulcerrimam in qua sedes erat posita et supra sedẽ sedens quedã domina vultus admodũ reuerẽdi. Ingredienti autẽ in aulã occurrebãt canes nigri et horribiles. qui impetu facto in eum. lacerare eũ volebãt. Sed domina illa magna et venerabilis canes autoritate sua magnifice fugauit. et petrũ ad se vocatũ blãdis manib? et dulci & mulcens alloquio. securũ esse iussit. Erat em̃ semp in eodẽ statu a quo cũ quidã abbas familiaris ei? q̃reret. quomodo ita idẽ semper esse posset. respondit. Cũ essem nouicius quasi quidã spiritus sensibiliter visus est michi me intrare. et extũc vsq; nũc spiritus ille. vis illa vel affectio michi quodammõ dominatur. regit me et deducit velut ouẽ ioseph. sperſũ p extensora frequẽter interiorsũ colligit aliquotiens volentẽ intẽtere orationi cogit. eaq; oculis ingerũtur. aut auribꝰ obstrepũt. facit aliquotiens nõ sentire. sicut dicit beat? gregori? quem pfecte eterne vite caritas absorbuit. ad terrena foris desideria velut insensibilem reddit. XXIX.

Item de eodem

Cum adhuc nouus esset in ordine. aliquando vigilijs intererat. alijsq; psallentibus ipse stans in choro dormiebat. sẽsitq; quasi tactũ alicuius qui pulsans eũ suauiter excitauit putauitq; priorẽ esse. Et euigilans. aptis oculis neminẽ vidit. Cũq; hoc ei sepe cõtigisset et sepi? excitatus excitatorẽ nõ videret. intellexit diuinam esse virtutẽ et egre ferebat q̃ se ei offerebat. et se ñ ostendebat. Quadã igitur nocte dum solitũ excitatorem sensisset oculos citius aperuit. et intẽtus vidit sibi astare iuuenẽ splendidũ et quasi aureos habentẽ capillos. qui statim ab illo discedẽs p mediũ chori ibat morose et manifeste incedens. postq̃ ita diu apparuerat disparuit Media nocte dominica fratres psallebant et ipse cũ illis. tũc dolor capitis eũ inuasit tã vehemens. s. vt chor? egredi cogitaret. Et cũ se propter hoc moueret. audiuit vocẽ dicentem sibi. Laudans inuocabo dominũ. et ab inimicis meis saluus ero. Hac igitur voce cõfortat? remãsit. et post modicũ iterum inualescente dolore iterũ egreti disponebat & iterũ insonuit vox premissa. totaq; illa nocte et sequẽti dominica vsq; ad finem cõuentualis misse nõ cessauit conflict? ille doloris et cõfortatio vocis. Cũq; in ordine suo accessisset ad cornu altaris et cõmunionẽ acciperet. in ipsa inclinatione visũ est ei q̃ lapis magni põderis de capite suo corrueret. Et protinus se erigens et sanctã eucharistiã sumens. ab omi illo dolore sanat? ẽ. Quidã autem religiosus ei familiaris temptatus aliqñ de nostre fidei ratione. quesiuit ab eo in confessiõe sua si aliquando talẽ temptationem sensisset. Qui ait. Non inficior me tali plerũq; cogitatione pulsatũ. sed multiplex experimentũ fidei omnẽ meã talẽ infirmitatem fugauit. Quesiuit ille quod esset experimentum illud. Multũ inquit de deo sensi. et aliquando tale aliquid quod cum sentire desij. grauius tuli q̃ si in dibanũ ardentem p̃icerer.

XXX Qualiter factus est abbas vallis regis et post igniaci et quid ibi egerit

Factus est autem prior igniaci deinde abbas vallis regis. quaz electionem talis visio precessit. Videbatur abbati qui tũc p̃erat igniaco cãdelabrũ ardens et lucens ante altare maius positũ. subito per maiorez vitreã exire post modicũ electꝰ est. Quidã aũt de mercenarijs vallis regis mercedem a cellerario exigens habere nõ poterat. cellerario asserente de iure ei reddendam non esse. Cũq; mercenarius ad abbatem hoc referre vellet qui tũc egrotabat. non poterat quia cellerarius eũ intrare non sinebat. furens igitur ille ad vnã de grangijs finitimis accessit ferẽs p̃unas ardentes incacabo vt eã incẽderet. Hec eo cogitãte. ecce affuit abbas. et quid agere vellet inquisiuit. Expauit ille viso abbate stupore vehementi. et totũ propositum causamq; ppositi confessus est. Cui abbas. Ne faciias inquit hoc. Eras ad me in infirmitorium veni et mercedem tibi iubebo restitui. Fecitq; ille vt sibi fuerat in patum. Emisso q; homine cũ spe certa mercedis habende. dixit abbas seruienti sibi fratri nicolao. Vere frater si nos de domo cogitaremus. de? cogitaret de nobis. Coniciens ille eũ aliq̃d magnũ audisse. insecutus est hominem abeũtem et prudenter ac ingeniose pollicens se celare cõsiliũ. et accelerare negociũ rei geste narrationem extorsit. Vocatus enim ibat ad electiõem abbatis igniacens. Orabat aũt mente dominũ vt sibi inspiraret ad cuius electionem aspirare deberet. Hec eo cogitante et orante audiuit vocem dicentem sibi. Cũ ad locũ illum veneris quod requiris agnosces. Ita locũ illũ attingebat. et voti cõpos nondũ erat. Orante illo attentius. vox iterũ dixit. Interroga monachũ illũ qui tecũ vadit. Ipse em̃ tibi dicet quis futurus sit abbas. Accersito statim roberto dixit ei abbas. Pergim? igniacũ. et credo q̃ ex me plurimũ pentebit electio. Vos qui fratrũ mores cognoscitis. dicite michi quem digniorem hoc officio iudicatis. At ille incunctanter ait. Nullum vobis ait digniorez iudico. nullũ inquit alium nominabo. Ventum est igniacũ. et vnanimi consensu omnium absq; vlla contradictiõe electus est in abbatem. Prior anteqũ eligeretur. quidã frater religiosus nomine nicola? qui diu functꝰ est officio cantoris. p̃cabatur iugiter dominũ vt eis idoneũ prouideret abbatem. Cui quodã tempe dominum õpecanti quedã vox manifeste sic ait. Nicolae habebis abbatez. & ille ostẽdet tibi quid te oporteat facere. Ostẽsurus. n. erat omnib? vere religionis & sancti feruoris exemplum. Henricus comes campanie p̃catus est aliquando seruũ dei vt pro se dominum p̃caretur. Celebrauit aũt ille missam intercessurus p eo. Expleto em̃ misterio cũ ille dictur? extremã collectã ad suos se cõuertisset ministros. apparuit ei comes absens signum crucis habens in veste. XXXI Qualiter factus est abbas clareuallis & quid ibi egerit.

Orabat aliquando sanctus in quadã ecclesia & oranti astiterũt sanctus malachias & sanctus bernardus. Qui cõuersus ad ipsos orationem et intentionem direxit. Cui vnus eorum dixit. Tu eris abbas clareuallis. quo dicto dispuerũt. Et ille territus remansit. quia hoc nunq̃ fieri voluisset. Nõ multo p? abbas gartus clare vallis igniacũ venit. vbi tũc erat hugo de basochijs qui grauiter in ordine deliquerat. Cuius offensam p̃fatus gerardus regulari seueritate vitilicauerat. Et erat ille hugo cum fratribus egris corpore. mẽte iacens infirmus. Et cũ disponeret abbatẽ occidẽ

sedebat i vestibulo domus infirmoꝝ frater quidaꝫ religiosus haymo nomine natione remēsis. Tūc vidit ille haymo duas psonas horribiles introire i infirmitoriū. abbas aūt gerardus nocte illa vigilijs interfuit. Et dū iret propter necessitatē i dormitoriū. hugo i insidijs positus ferro ad facinus ꝑparato illū letaliter vulnerauit. Qui vixit vsqꝫ in diez sequentē. Circa vesperū positis corā ipso fratribus dixit. Dirige me domine in veritate tua &c̄ & hoc dicto obdormiuit in domino. Tunc factꝰ ē abbas henricus quidā vir potens in opere et sermōe. qui post modicū in ep̄m cardinalē assumptus est. Petrus aūt ad electionē citatus aufugit. qui tamē absens electus est. in eodem itinere cū monachi clare vallenses deferrēt corpus abbatis gerardi apud claramuallem & venissēt cū corpe apud chathalanuz & petrus tristis deduceret corpꝰ. Idem gerardus apparuit petro abbati igniaci dicens. Noli tristari de morte mea. quia cū domino nostro ihesu xp̄o sū. Cū veneris ad claraūallē facies obsequiū meum & sepelies me. Cū ergo idem petrꝰ rogatus ab alijs abbatibus vt cātaret missā ꝑ defuncto & esset in canone misse apparuerūt ei sanctus bernardꝰ & malachias. vnus ex vna parte altaris. et alius ex alia. dicentes. Noli dubitare q̄ abbas gerardus sit socius angelorꝝ & in gloria eterna.

XXXII. Iterū de quibusdā gestis ac dictis & de morte ipsius.

PApa romanus audita eius fama vocauit eū & peccata sua ei ofessꝰ est. & sacrā eucharistiā ꝺ manu eiꝰ suscepit. & etiā habitū cisterciensꝭ ordinis suscepissꝫ. si vir dei ꝓmisisset sꝫ sūptꝰ necessarios dedit ei ad faciēdā illiꝰ ordis vnā abbaciam. In quadam gallicana ecclesia. orta ē dissensio inter clericos de electione pontificis & ꝑsens erat cardinalis romanus. cōpromiserūt in euz clerici q̄ e duobus quos illi nominauerant. illū eligerent quem nominaret. cardīalis aūt virū sāctū consuluit. quis de duobꝰ illi melior videretur. Qui respondit. In duobus falsis denarijs melior inueniri non potest. Cū adhuc essꝫ i valle regis abbas ex violentia morbi capitis alter e duobus oculis eius totus liquefactus effluxit. et factꝰ est monoculꝰ Qui postea iocando dicere solebat. vnū se de inimicis suis euasisse. & se plus a residuo q̄ a ꝓximo formidare. Dixit ei aliquando quidā religiosus familiaris equitans iuxta eum. Precedamus eos qui nos precedunt. vt procellā huius pulueris euadamus. Qui respondit. Si ꝑcedam?. erūt ipsi in sorte qua sum?. et pēa reuersura est i caput ista suū. Quodā messionis tēpe exiuit cū fratribus ad laborem. Dū quoqꝫ monachi pausarent in silentio. vidit abbas tres mulieres pulcerrimas venientes inter fratres Quaꝝ vna ceteris mirabiliter ꝑcellebat. Tunc abbas iuit obuiā illis & ait. certe multū audaces estis que sic inter nos venistis. Nonne bene scitis q̄ mulier non debet venire inter fratres. s. de ordine nostro. Tunc illa ꝑclarior ceteris ait. Ego iquit bene debeo venire iter meos. Ego em̄ sum mater domini nostri ihesu xp̄i maria. que venio visitare meos sorores meos. et ista est maria magdalena. et ista est maria egiptiaca. Quo audito abbas cecidit ad pedes eiꝰ. Quam cū vellet amplecti illa euanuit. Eo mortuo quidam frater vnum de dētibus eius ꝑ reliquijs extrahere cogitauit. putās se hoc facile factuꝝ. quia mortuus os aptum habebat. cumqꝫ se ad hoc faciēdum ꝑpararet. os ita clausū & obstructū reppit. vt propositum impleri non posset

XXXIII. De hugone abbate boēuallis. Ex gestis eius

EO tempore multa sanctitatis gracia florebat hugo venerabilis abbas boneuallis q̄ iuuenis relmquēs seculum conuersari. ē in domo cisterciēsis ordinis que dicitur macerie. et cepit valde religiose conuersari. Post hoc temptatꝰ valde. cogitabat ad seculum redire. Hec igitur cogitans intrauit tēplum & orauit cum lacrimis & flexis genibus tetēdit manus ad celum. & vidit super altare matrē misericordie vestitam lumīe sicut vestimento. Et visum ē ei q̄ videret ihesum filium eiꝰ iuxta eam & quomodo annūciatus fuerat ab angelo. & de virgine natus. & pastoribus nūciatꝰ & quomodo circumcisus & a iudeis captus & flagellatꝰ & illusus & crucifixus. & quomō resurrexit tercia die. & post. xl ascēdit in celum. cū hec omnia videret. dixit ei domina nostra Viriliter age et confortetur cor tuum in domino. & certus esto te ammodo talibus tēptationibus nō pulsāduz. Post hoc cepit nimijs abstinentijs se affligere. ita vt pene sensū & memoriā ꝓdere videretur. Interea sanctus bernardus qui tunc adhuc viuebat venit ad eum ꝑ dei prouidētiā. & iussit eum mitti in infirmitorium. & ut ei singulis noctibus vigilie cātarētur priusq̄ ceteris infirmis. quatenus postea satis posset dormire et vt haberet generalē licētiā loquēdi vbi vellet. & ita ꝑ dei misericordiā in breui conualuit. Tunc cepit in eo religio multa feruescere nec multopost abbas factus ē boneuallis. Sub hoc sancto viro factus ē quidā iuuenis nouicius valde fez uēs in suis principijs qui postea tēptatus valō cogitauit ad seculum redire. et hāc cogitationē cōfessus ē abbati qui cepit ei suadere vt remaneret. sed nichil profecit. Tunc abbas ait fili inquit miserere anime tue placēs ꝺo. ne ꝓas gloriā tibi patā. Ego enim spondeo tibi et fideiussorez sponsionis huius meipsum statuo. q̄ si tu remāseris. sāctoꝝ āgelorū etnus socius eris. Ad hec verba ꝑfortatus ille i domino ꝑstitit et optime postea conuersatus ē. Qui duobus āmis āteqū morretur grauissima infirmitate laborauit. Ad quē confortātū missus ē sāctus iob cū maxima claritate q̄ totū infirmitoriuz replētū ē. Ego inquit sū iob. quē pater misericordiaruz et deus totius consolationis misit ad consolādū te sicut ego in tali infirmitate paciēs fui. sic et tu. et ideo mecū florebis in gloria mea. et cras eris mecū et metes quod seminasti. quod et factū ē. non multopost apparuit abbati suo i gloria magna reddēs ei gracias q̄ ꝑ eius āmonitionē in ordine ꝑstiterat. Sub eodē viro sācto facti sunt nouicij clerici vnus et miles vnus ꝑfidus et dolosus. q̄ i eodē āno duo castella tradiderat et destruxerat. Huic aūt militi dormiēti videbatur i visu noctis q̄ in puteū caderet tā profundū vt tres dies consumeret in cadēdo donec ad profundū ꝑueniret. Quod cū abbati sancto retulisset. ille interꝓtatus ē puteū abissi iferna lis. in quo casurus erat si ordinē relinqueret. Et ideo monebat illū vt remaneret. At ille noluit sed recessit. et cum recessissꝫ tercia die ab ūmicis suis interfectus ē. clericus autē similiter victꝰ confessus ē abbati tēptationē suā. quē consolās abbas promisit ei q̄ si remanerz regina mundi pro anima eiꝰ veniret et ducerz eum in requiem suā quod et factum est. nā pridie quā moreretur appapruit ei domina nostra dicens se venire propter eum et q̄ i crastia

futurus ẽsset ī regnie eterna·et ita contigit·

XXXIIII ¶ Iterū de gestis e⁹ cētradmones

IN anuunctiatione beate marie virginis · cū idē abbas excitaret fratres in choro ad vigilias·vidit diabolū ī medio choro stātem·in forma horribili ita vt ipse abbas p timore caderet·Qui leuatus a fratribus·signauit se et rediit ad sedem suā·In crastino narrauit abbas ī capitulo quid vidisset·et dixit aliquē de fratribus esse in crimīali peccato propter quem diabolus venerat·Quo audito omnes timuerunt·sed qui reus erat celauit conscientiā suā·In altero crastino iterꝝ dixit abbas ad huc diabolū esse inter illos·et tunc fratres cōfessi sūt et acceperūt singuli disciplinā precantes dominū vt rei conscientiam reuelaret abbati·Quod et factū est·tunc abbas reū traxit ī partē·& dixit ei peccatū suū·quo audito ille cecidit ad pedes eius rogans veniam sibi dari·et penitentiā secundū voluntatem abbatis sibi iniungi·Quo facto diabolus vltra non comparuit·In quadaꝝ filia boneuallis abbas quidā genere nobilis·sed moribꝰ ōgener·dignis ex causis ab hoc sancto viro depositus est·et alius dignior in loco eius substitutus·Cūqꝫ post hoc factū sanctus hugo rexederet quidā garzulus familiaris depositi cepit ei detrahare et publice dicere·qꝫ propter inuidiā magis qꝫ propter iusticiā eū deposuerat· Quo audito sanctus hugo manibꝰ extēsis in celū rogauit deū vt manifestaret se pura et recta intentiōe hoc fecisse·et mox ille garrulus insaniens cepit discurrē ꝑ totā curtem abbatie·et cōmedere sterc̄ora pecorū que ibi erant·quo viso misertus eius vir sanctus orauit pro eo et sanatus est

XXXV ¶ De his que gessit circa mortientes

IN domo boneuallis erat quidā monachus feruens qui cū esset debilis corpe·semper tamē tenebat cōuentū· Tandem incidit ī palisim et diu languit ī infirmitorio·Ibi erat etiā magister nouiciorū iohannes nomine infirmus vsqꝫ ad mortē·Cui seruiebat quidā frater nomine benedictus·Ad quē iohannes ait·Frater benedicte audis que ego audio·cui ille nichil audio·quid auditis·Ego inquit audio voces angelorū psallentiū tanqꝫ vocē citharetorū multorū qui veniūt pro anima nostri paritici· et ego cras eū sequar Sed festina pulsare tabulaꝫ· quia anima eius multū festinat egredi·tunc frater benedictus iuit cōsiderare qualiter ille paraliticꝰ se haberet·et vidit eū iā grosse ābelantē·Cucurrit ergo pulsare tabulā·et antequꝫ fratres omnes essent congregati·migrauit ille pariticus· in crastino vero iohānes· Quidā famulus cellerarij boneuallis infirmatus est vsqꝫ ad mortem·& confessus ē peccata sua monacho confessori pauperū·et dixit ille quodaꝫ peccatū qđ monachus ille timuit recipere· et iniunxit illi infirmo vt hoc confiteretur abbati·quod ille concessit·si viueret·Abbas autē tunc ꝑsens nō erat sed ī via interim vero famulus ille mortuus est· abbas autē cū rediisset de via post cōpletoriū et sederet ī lecto volens se discalciare·vidit illū mortuū ascendentē gradus dormitorij·qui veniens ante illū·cecidit ad pedes eius venīā petens·rogans hūiliter vt confessionē suā audiret·dicens se missū ad eū propter hoc·Et confessus est cū tāta lacrimaꝝ abūdantia·qꝫ etiā abbas motus est ad lacrimas · et plorauerūt ambo ītantū·vt maica cuculle abbatis valde humectaretur·Post absolutionē mortuꝰ rogat humiliter abbatē vt oraret pro se·quia ipse in magnis tormentis erat·Et dū abbas vellet tactu probare vtrū ī corpe esset·an ī spiritu·mortuꝰ ei annuit·In crastino ait abbas quesiuit a cōfessore pauperū si mortuus ille tale crimen cōfessus fuisset·qꝫ respondit·Etiā·et quomodo illud nostis·Ab ore inquit eius audiui·Quidā iuuenis monachus ī eadez domo nuper decesserat·cuiꝰ mater postea viso abbate cepit anxie flere de filio suo ·quam ille consolans ait·Noli flere·certa esto qꝫ filius tuus in magna gloria est·et scio qualiter vixerit et quā sancte· quo audito mater eius recepit consolationē· Non multū post cū idem abbas oraret·apparuit ei mōachus ille in vultu clarissimo et salutauit eū· quem abbas recognoscens ait·Quomodo est tibi fili mi· qui respondit·Bene domine sicut vos videtis

XXXVI ¶ De his que gessit circa viuentes

QVidam conuersus de alia domo propter culpam suam missus fuit bonamuallē·vbi infirmatꝰ ē vsqꝫ ad mortez·Abbas aūt visitās eū rogauit eū vt secure cōfitereꝰ peccatū suū de quo infirmabatur·quod ille nunqꝫ confiteri voluerat·nec etiam abbati proprio·Ille autē negauit totū et petijt sibi dari corpus domini ·abbas autem hugo suadebat ei vt non presūeret corpus domini sumere·nisi bene confessus fuisset ·at ille dicens se bene esse confessū·instituit vt ei afferretur corpus domini·quod cū presbiter attulisset· et ī os eꝰ posuisset·ille statim clamare cepit·quid faciam misez quid faciam· Tunc presbiter abstulit ab eo corpꝰ domini quod sup linguam tenebat et mox ille expirauit·Item abbas aliquando infirmatꝰ intrauit in infirmitoriū et vidit columbam niue candidiorem super humerū mōachi infirmarij·quam cuꝫ idē monachus velꝫ apprehendere illa volans venit ad abbatem·et intrauit in sinū eius·et postea exiuit per aperturam tunice abbatis·et fixit rostꝫ suū in aūe eiusdem abbatis dicēs ei verbis humanis·In nomine patris et filij et spiritus sancti para te· para te para te mandat tibi beatꝰ bernhardus vt vadas facere pacem inter papam et in patorē alemanie·cui sancti admonitione suscepta ·pacem inter eos postea perfecit

XXXVII ¶ De dissensione et pace inter regem francoꝝ et comitē flandrensiū ·

ANno domini·M·clxxxiiij · orta est dissensio inter philippū regem francorū·et philippū flandrensiū comitem pro terra que viromandia dicitur·Hanc em̄ ꝑfatus comes longo tempore ludouico rege viuente cuꝫ pace et quiete licet iniuste possederat· et adhuc pertinaciter retinere volebat·Ob hoc rex exercitū versus vrbem ambianis collegit·cuius multitudinē & robur comes cū populo suo videns atqꝫ timens fuge presidiū qꝫ iuit·Habitoqꝫ cū suis consilio principem milicie regis theobaldū blesensium comitē·frācie senascallū·ac̄·remensiū archiepiscopum ipsiꝰ regis auunculos ꝑ internuncios vocauit·ipsisqꝫ mediantibus regi totā viromandiam restituit·Castꝫ tamen sancti quintini atqꝫ peronā tantū ad vitam suā sibi dimitti petijt·& obtinuit·Referebant autē boni viri ambianenses canonici qꝫ dū rex iuxta castrū quod bonas dicitur moram faceret· tam hommes quam equi totius exercitus·insuper et equi trahentes bigas per campos messes conculcauerūt·Insuper & maximam partē cum fasciculis pro pabulo colligētes equis ad omedendum dederunt·ita qꝫ nichil pene virens super terram remansit·Erat em̄ tempus quando messis ī spica est et flores producit·uerum succedente tempore deo operante miraculose stra

omniū opinionē ita plene & abundāter messis re stituta ē. ut post granoꝝ excussionē & aree vētila tionem centuplū estimatū inuenirent. non tantuꝝ de spicis conculcatis. sed etiā de his que cū fascicu lis secte & equis ad cōmedendū fuerāt date. In lo co autem vbi exercitus comitis flandrie collectus fuerat. ita virentia omia sunt desiccata. ꝙ etiā her ba super terrā in ipo anno non ē ibidem repta

XXXVIII De succursu terre sancte misso a philippo rege

Eodem anno patriarcha hierosolomitanus & prior hospitalis transmarini. & magi ster templi. venerunt ad regem philippū portantes claues vrbis & sepulcri domi. rogātes vt terre sancte pstare dignaretur succursū. Intra- uerāt em sarraceni xpianoꝝ terras & multos etiā ex eis interfecerāt. pluresqꝫ captiuos secum duxe- rant. multos etiā ex fratrib⁹ hospitalis & templi militibus occiderant. Interī etiā magistro templi defuncto duo supstites parisi⁹ venerūt. & ab epo mauricio cum clero & populo honorifice suscepti sunt. Rex etiā omnibus aliis negociis omissis. eos in osculo pacis recepit. ppositis terre sue di'igen ter precipiens ut vbicūqꝫ p terrā suā irēt de reddi tibus suis eisdem necessaria mistrarent. Cognita quoqꝫ causa qua venerant conuocato generali cō cilio prelatis omnibus ecclesiaꝝ. autoritate regia mandauit ut per frequentes predicationes subdi tos admonerent. quatenus pro fidei christiane de fensione contra crucis inimicos hierosolimā pete rent. Ipse quoqꝫ de concilio principū illuc trāsmi sit strenuos milites cū multitudīe peditū armato rū de propriis redditibus sufficientes mistrās sup tus. Post aliquot dies dū rex parisius in aula deā bularet venit ad palacii fenestras vnde secanā ispi cere posset. sentiensqꝫ & ferre non sustinēs fetorē intolerabilem quem rede per vrbē transeuntes lu tū resoluendo procreauerant. arduū opus excogi tauit quod omnes sui pdecessores ex nimia grauí tate & operis impensa aggredi non presumpserāt. Conuocatis em burgensibus ac preposito vicos ō nes ac vias totius vrbis pcepit duris ac fortibus lapidibus sterni. Ad hoc quidem nitens vt nomen antiquū auferret ciuitati. lutetiam em a luti fetore prius eā nominauerunt. sed gentiles quondā nomē huius propter fetorem abhorrentes a paride alex andro filio priami regis troye pisius vocauerunt

XXXIX De quibusdā incidentibus eiusdeꝫ temporis

Anno dñi. M. clxxxv. i media q̄dragesīa fa ctus ē terremotus in gothia & in sequē ti mense aprilis eclipsis lune particularis. Eo tpe guillerm⁹ abbas eccīaꝫ bēi dionisij tepiō regebat. quod rex grauiter ferens aliū illi ecclesie rectorē puidere satagebat. Quadā ergo die dum rex p villā beati dionisii transisset & in abbatiā de scendisset. hoc audito territ⁹ ē abbas. petebat em tunc ab eo rex mille marcas argenti. cōuocatis fra tribus in capitulū seipsū deposuit. Dataqꝫ rex eli gendi licentia. statim hugonem eiusdē ecclesie pri orem vnanimiter ab omnibus electū i ipso capitu lo confirmauit. tali tamen condicione regiaqꝫ pro hi bitione adiecta ut in illa nouitate promotionis sue nulli ō pentela vel curie regis clerico vel laico mu nus aliquot daret vel pmitteret. Ipse itaqꝫ hugo ad benedictionē suā celebrandā meldensem & sil uanectensem epos conuocauit. qui duo ex ātiqua romane ecclesie institutione tenētur ecclesie beati dionisij in cōsecratione altariū. seu i ordinatione monachoꝝ vicissim subuenire & pcipue meldēsis Dū hec i francia gerebantur nūcij missi sūt a bele rege vngarie. pānonie. cromacie. anaricie. dalmacie rame ad regē philippū vt daret ei sororē suā mar garethā i vxorē. quondā. s. āglie reginā. hērici iuni oris defūcti relictā sub quo beatus thomas cāthu ariēsis passus ē cuius petitioni rex benigne acquie uit. necnō & nūcijs dona regalia tribuit

XL De abbate ioachim

Eo tempe abbas ioachim ō calabrie ptib⁹ venit ad vrbanū papā morantē aput vero nam ō quo. s. iochim fertur. ꝙ cū pri⁹ ñ multū ab homine doctore didicisset donū itelligē tie diuinitus accepit adeo vt facile & discrete q̄s libet scripturaꝝ difficultates & obscuritates eno daret. Dicebat itaqꝫ misteria q̄dam apocalipsis ha ctenus latuisse. sed nūc in spiritu prophetie clare scere. sicut ex opusculo qō scripsit legētib⁹ liquet Dicit em quia sicut scripture veteris testamenti. v etatū seculi ab adā vsqꝫ ad xp̄m decursarū histoi as continēt. sic liber apocalipsis etatis sexte a xp̄o. s. inchoarte decursū exponit. Ipsamqꝫ etatē sextā i sex etatulas distinctam. easqꝫ singulas singulis hu ius libri periodis satis congrue designatas. Dicit quoqꝫ hec reuelata fuisse in fine etatule q̄nte atqꝫ m proximo succedere sextam in qua. s. tribulatōes varias. multipliceſqꝫ pressuras p̄hibet emersuras sicut in aptione sigilli. & in sexto libri periodo vbi de ruina babilonis agitur patenter ostenditur. Io vero in libello eius p̄ ceteris notabile ac suspectū habetur. ꝙ mūdi diffinit terminū. & infra duas ge nerationes que iuxta ipsum annos faciunt. lx. arbi tratur iplendū. Fertur itaqꝫ multa scripsisse libroſ qꝫ suos domino pape corrigendos obtulisse. Naꝫ & i quibusdam erasse dicitur & tamē ei multa de futuris reserata fuisse referuntur. Vnde & postea duobus regib⁹ francie. s. & anglie i itinē transma rino apud messanam vrbē & sicilie hiemātib⁹. idē abbas vocat⁹ dixit nōdū liberationis hierusalē ad esse tēpus. Sup his autē que scripsit de futuris tē poribus nos rem incertaꝫ p̄sagiū relinquere pue nit iudicō posteriorꝫ. Anno dñi. M. clxxxvi obijt pisi⁹ godefrid⁹ comes britanie terci⁹ filius henrici regis āgloꝝ & in ecclesia beate virginis ante alta re ānuēte rege philippo sepult⁹ ē honorifice. Eo dē āno philipp⁹ rex liberat virgiascēse castꝝ a lō ga obidione ducis burgundie pluresqꝫ vident & pluries formā ignis in modū dom⁹ ignee p celum discurrere. Hēac⁹ friderici filius a patre prefinitur italie & vxorē duxit constātiam filiā rogeri regis sicilie. Inter ipsū & papam simultas oritur ita vt pape veronā moranti. quoq̄ pgrediēdi facultas ō negetur & itinerātibus iniurie plures inferantur. Philippi regis sororin hūgariam ducitur regi hū garie despōsanda. Vrban⁹ huius nominis terci⁹ pa pa fit & petr⁹ abbas clarcuallis obit. Anno sequē ti salahadinus totum sibi subicit orientē a quo etiaꝫ capta ē hierusalē. Eodē anno. viij. kl'. aprilis fuit eclipsis lūe pene vniuersalis.

XLI De mēdacio astrologoꝝ & vanitate histrionū.

Eodē anno astrologi orientales & occidē- tales. s. iudei & sarraceni & etiam christi ani miserūt literas p diuersas mundi p- tes. p̄dicētes & absqꝫ dubio asserētes in septēbri

futurā validoꝝ ventoꝝ tempestatē ac terremotū et mortalitatem hominū. Seditiōes etiā & discordias. regnoꝝ mutationes & alia multa cōmīatest in hūc modū. Sed aliter fore ꝙ diuinando predixerant. manifeste ꝓbauit euēt⁹ subsequens rez. Cum aūt in curiis regū vel prīcipū frequens histrionuꝝ turba cōuenire solebat vt ab eis auꝝ et argentū & equos seu vestes quas sepe prīcipes mutare solent verba ioculatoria variis adulatōib⁹ plena proferē do ab eis extorqueāt videns rex philippus hec esse vana et anime saluti cōtraria. mente promptissima deo promisit ꝙ omnes vestes suas quādiu viueret intuitu dei paupibus erogaret. malēs nudū christū in pauperib⁹ vestire ꝙ adulatoribus vestes dādo peccatū incurrere. quoniā histrionib⁹ dare ē demonib⁹ imolare. Hoc si quotidie prīcipes attenderēt nequaq̄ tot leccatores p mundū discurzerēt. Vidimus aūt principes quosdā vestes diu excogitatas et variis floꝝ picturatōib⁹ artificiosissīe elaboratas. vix evolutis vij diēb⁹ ꝓchdoloz histrionib⁹. s. diaboli ministris ad prīmā vocez dedisse ꝙ quibus forsan. xx. aut. xxx. vel. xl marcas argenti impēderant de quo nimirū precio totidē pauperes p totū annū victui necessaria pcipere potuissent.

XLII De dissensione inter regem francie et anglie et de castri radulphi obsidione

EOdem anno orta ē dissensio inter regem philippū & regē āglie henricū. Philipp⁹ em̄ a ricardo eiꝰ filio comite pictauēsi pro eodem comitatu hominū petebat qō ille a patre instructus ō die ī diem dissimulabat facere. Petebat etiā ab ipo rege arglie gisorciū & alia castra adiacentia. q̄ pater suus ludouicus filie sue margarethe pro dote tradiderat quādo eā hērico regi filio maioris henrici matrimonio copulauerat. Ea tamen o dictiōe vt si prolē ex ea non susciperet. post ipsius henrici mortem ad regem francie dos rediret. Sup his questionib⁹ frequenter a rege philippo rex āglie citat⁹ fuerat sed fictas semp proponendo dilationes. eius curie iuditio stare modis protelabat Itaq; philipp⁹ infinito exercitu collecto ī pago bituricensi aquitanie fines ingressus castꝝ isoldunuz et crariacū. et alias ꝙplures munitiones cepit. & terrā vsq; ad castꝝ radulphi depopulauit. Tūc rex henric⁹ & comes ricardus exercitū cōtra francos adduxerūt. coſq; ab obsidione castelli radulphi amouere conati sunt. sed cū rex philippus acies bellatoꝝ contra eos ordinari fecisset timentes illi solitā francoꝝ audaciā viros religiosos cū legatis romane ecclesie qui etiā pro pace reformanda tūc venerant. ad regē philippū miserūt. qui ex ꝑte illoꝝ prestita cautione firmarēt ꝙ ipi de tota querela secundū iudiciū curie regis francie plene satisfacerēt & sic datis inducijs ad propria redierūt. Vez dū ibidem rex ī obsidione morā facerz. comes ricard⁹ multitudinē cotarelloꝝ illuc pro succursu transmiserat. Quib⁹ ante beate marie virginis ecclesiaz in platea cū tesseris ludentib⁹. vnus ex eis verba blasfemie prorupit in beatā virginē et in deū quia dēanies quos male acquisierat male etiā ꝓdebat. Deī de tunbundus eleuatis oculis imaginē beate virgīs in pozticu tozuo vultu respiciens iterūq; blasfemias in eā congeminans. lapidē cozā omnib⁹ ī ipsam imaginē proiecit. et brachiuz imaginis pueri ihesu quā illa tenebat in manib⁹ fractū ī terzam deiecit. de qua fractura sāguis abundanter ī terzā fluxit ut multi qui ī obsidione fuerāt retulerunt. multiq; de illo colligentes a variis morbis curati sūt. Brachium aūt sāguinolentū iohannes qui dict⁹ ē sine terra. filius regis anglie iunioz pro reliquijs secū cū honoze portauit. et infelix ille cotarellus a demone quo prius agebaē eodē die arrept⁹ miserime vitaz finiuit. Monachi vero ipsaz imaginē intra ipām ecclesiam cū laudibus intulerūt vbi ad honorē christi et matris eius multa miracula postea facta sunt

XLIII De ammissione sancte crucis

INterim aūt dū hec agerētur venerūt ad philippū regē nunciꝫ transmarini cū gemitu referētes ꝙ salahadin⁹ rex sirie et egipti terras christianoꝝ invaserat. multosq; de fratribus hospitalis et tēpli militibus cū episcopis et baronib⁹ illius terre. et multa christianoꝝ milia trucidauerat et crucem quoq; sanctam et regem hierusalem necnon et ipsam vrbem sanctam ad extremū ceperat. ac preter tirū et tripolim et anthicchiam. et quedam castra fortissima que nūq̄ habere potuit. totamq; terraz promissionis subiugauerat. Cū em̄ ad colloquiū guidonis tripolitani comitis conuenissent magistri tēpli et hospitalis non procul a nazareth. turci dolo comitis supueniūt et nostri quidā primo vincūt postea vincūtur. multiq; occidunē et multi capiuntur. Iohannes deniq; miles turcis mane nostris nōdum armatis irruentibus. osulit vt ī illū cuneū vbi salahadini vexillū altius eminet irrumpatur. Placet o filiū vniuersis excepto prefato comite. de cuius cōsilio mōtana occupabantur. Nostri em̄ estu ac splē dore solis grauantur at celoꝝ imbribus oppīmūtur et obruuntur. Comes tripolis arma proicit. et cū suis ad castꝝ saphetū fugit. nostriq; miserabiliter atteruntur. Aconensis presul letaliter vulneratus crucē domini tradit alteri. et ille regi. Rex autem capitur et sancta crux asportatur. Sed et quot quot templarii et hospitalarii cū captiuis inueniūtur protinus decollantur. Porro guido rex. et magister templi ī monimentum victorie reseruantur sic exigentibus meritis suis ī manus gentiuz nostri sunt traditi ac gentibus subiugati. Nimis em̄ ī luxus varios et clerus et populus effluxerat. totaq; ē ra illa facinoribus et flagicīis sordescebat. sed et q̄ religionis habitum preferebant regularis moderantie turpiter fines excesserant. rarus ī monasterio. rarus in seculo. quē nō vel auaricie vel luxurie morbus inficeret. rainaldus aūt prīceps. quia alia vice a turcis captus. ac p annos. xvj. tentus et redēptus multa pecunia. nunc tenebat ebrō et regionē que est transmare mortuū vbi est mōs regalis. et vrbs petracensis que dicitur erath turcoꝝ inimicus añ salahadinū adducitur. et ab ipso mucrone proprio decollatur. Salahadinus ego habito celebri trophe o de nostris ad pontem tiberiadis redit. ibiq; maūbias diuidi & in damascū meliora deferri precipit. Debinc acbon que et ptholomeus obsidet. ac post biduū in dedicōnem recipit. Manentibus ac recedētibus oductus datur. quia salahadinus nullū grauari ꝑmittebat volentem degere sub tributo. nec vnq̄ iuramentum violabat. et vix alicui quod rogabatur negabat. Deniq; turci alias vrbes castraq; recipiunt. p vim autem nullum. Comite tripolis tripolim redeunte mandat ei saladinus. ut pacta que sibi iurauerat. ciues suos iurare faciat. Comes ciuibus iubet vt iurent. At illi nolunt. nisi iuramēti formā prius audiāt. Instante autez comite petūt inducias vsq; mane. mane autem facto. diuinitus extinctus inuenitur. apparuitq; stigma circūcisionis

quod recenter suscepat·quia turci & saraceni ex paterna traditõe filios circũcidunt· Quorundã e tiã clientũ suoz cõfessione ꝺtectũ ẽ ꝙ vrbem turcis tradere decreuerat·habens penes se sigillũ salahadini quod mox faceret ꝓpalari·Ab ipso autẽ anno domini·M·clxxxvii· quo crux dommi capta est infantes qui postea nati sũt non nisi·xx·vel·xxii dentes habẽt cũ antea·xxx·vel·xxxiij·habere solẽt

XLIIII De ortu ludouici filij philppi & captione hierusalem

ANno eodẽ·iiii·die septẽbris capitur ascalon a turcis Ipsaq; die fit eclipsis solis ꝑticularis in·xviij·gradu virginis & duravit duabus horis·apparueruntq; stelle per diẽ vt in nocte In crastino natus est ludouic9 philippi regis francoz ex regina elizabeth filius· De cuius ortu pisius tantũ gaudiũ fuit· vt per·vij·dies siguliſ noctibus cũ faculis accensis ac cereis·toti9 vrbis populus i dei laudibus exultaret· Latrunculi aũt sirie quos turco magnos vocant laodiciã vrbẽ impetunt & deuastant· Raimundus princeps anthiochenus cũ eis congressus multos suoz perdit & ipsi anthiochiã infestant·ac regionẽ que nerei mõs vel nigromontana dicitur ameniſſimã ꝓdatur Illoſq; ad ꝓpria redeũtes nostri de diuersis locis glomerati·cẽgressi cũ eis debellãt multos ꝓimunt pauci fuga euadũt·preda excutitur ·captiui viriliter liberantur·salahadin9 autem ascalone recepta munitaq; hierusalem properat vt illã obsideat·Arbitratur em̃ defacili cessuros fore·qui videbãt & alios iam cessisse sibiq; pauciſſimos adesse qui defẽderent & inumeros qui defẽdere non valerẽt Hierusalem em̃ a parte occidentali p·x·dies contínuos passa insultus ciuesq; viriliter se defendũt·Ob sidz autem eam a parte aquilonari ·& muros destruit machinis qui non cessant·sed se reddunt salahadio ita ꝙ ab eo qui decẽ annos excesserat·x·aureos & ·v·a mulieribus accipiat· Et ab illis qui infra decẽ niũ continentur duos Idibus octobris die·s·obsidionis·xiiij·feria·vj·hierusalem capitur·& mox salahadin9 facit cõmmui cãpanas & metallũ eis resti tui quoz erant campãe ·In ipsis autem basilicis iumenta stabulauerunt·& sordes quaslibz ibi perpetrauerũt·Ecclesiã vero sãcti sepulcri auro multo redimũt surziani· Templo autez domini mirã venerationem exhibent turci·quod iuxta ritus suos cõ sueuerãt ãti ꝓtus venerari· salahadinus ãteq; ĩtret lauari facit pietes aq; rosacia·& multa ·M ·pauperũ absoluit a ꝑcio ꝑtaxato·Infirmis de fisco ꝓprio ꝓaliq̃ntum tempus iubet necessaria mimistrari · Heraclius itaq; patriarcha·clerusq; vniuersus & de monasterijs diuersoz ordinũ ꝓfessores· turba q; cuiuslibet etatis & sexus innumera de hierusalẽ recesserunt·His qui supra muros in cellis recluſi abstinẽtie & ordini vacabãt iussũ ẽ vt abirẽt Vniuersis pene latinis vrbem relinquentibns· surziani & sectaz homines diuersaz vtpote georgiani·iacobite·greci·armenij·remãserunt ibidem sub turco rũ dommio constituti. Audita deditõe multa quoq; loca que vix ab homine capi possent si defenſores haberent i dedicõnem recepta sunt·Captaq; ẽ hierusalem post ãnos·lxxxviij·ex quo a turcis exuta fuit & tãtundem fere tpis possessa a nostris ꝙ tum prius & aturcis·pontificãte tunc papa vrbão & nunc etiã vrbão·Qui cum rem tã flebilem audisset nimis indoluit·& ex animi dolore langueſcens post breue decessit·atq; in vrbe ferraria qua nuper aduenerat de verona·tumulat9 extitit·Cui succesſit gregorius·viii vir sciẽtia literaz facundiaq; clarus·sed & puritate vite & integritate animi ꝑclarioz suiq; vehemens castigator In primis igitur ad subuentõnem hierusalem totis inhiat animis & ad concitãdos principes populosq; ꝑ occidentis ꝓuincias tã legatos ꝙ literas destinat Et qui cladem orientalem exponant & pñiarum absolutionem ꝓfecturis hierusalem ꝓmittãt·sed prochdoloz in suo mox exortu flos decorus exaruit quia post duos mẽses aput pisã moriens ibidem sepultus fuit Cui clemens tercius succeſſit crescebat em̃ vbiq; rumor lamentabilis de trãsmarĩs ptibz & igemiscebat mũdus ·Pleriq; de correctione vite attentius cogitãt pluresq; signo crucis accepto ire hierusalem proponebãt XLV De crucis signatione duorum regum & aliorum multorum

DIe autem ·xiij ·ianuarij ·s· ĩ festo sancti hilarij factum est colloquiũ inter reges philippum·s·& henricũ iter triam & gisorcium ꝓ sedãdo inter se discidio vbi archiepc9 tirẽ si adhortãte contra omĩum opinionem signum cruc̃is acceperunt ĩstinctu sãcti spũs ꝓ liberatione vrbis sancte hierusalem & sãcti sepulcri dominici multi etiã alii cum eis archiepiscopi quoq; s·rothomagensis cantuariensis ·Epi vero beluacensis carnotensis·comites quoq; pictauenſ ·flãdrensis carnotensis blesensis barrenſ sueſſionẽsis niũnensis · dux etiã burgundie & rotroudus comes cãpanie· comites quoq; drocoz clarimontis & bellimontis & plures alii magni viri zelo dei accensi ·In cuius facti monimentum duo reges in eodem loco crucem ligneam erexerunt ibiq; fundãtes eccleſiã fed9 inter se ꝑpetuo inierunt·Ipsum vero locum agrũ sãctum vocauerunt ·eo ꝙ ibidem sacris crucibus i signiti sunt·Anno itaq; dñi·M·clxxxvii mẽse marcio pisius generale concilium celebratũ est ab ipso rege philippo i quo sãcta cruce signata ẽ innumerabilis militũ ac peditũ multitudo Ob hanc em̃ instãtẽ ncitatẽ cũ assẽsu epoz & baronũ tre sue osti tuit rex ut plati et clerici ouentualiũ ecclesiarũ et milites etiã cruce signati de debitis suis reddẽdis tã iudeis ꝙ xpianis a creditoribus bi~nio respectũ haberent·et omnes crucem non habentes quicũq; essent ad minus illo anno de omnib9 mobilib9 ac redditibus suis decimas darẽt·exceptis illis q̃ erãt cistercienſis ordinis et charthusiensis et fontis ebrardi·et etiã leprosis quantum ad suũ proprium pertinerz Et iste decime salahadine dicte sunt ·Eodẽ anno secũda die febzuarii fuit eclipsis lune vniuersalis hora noctis ·iiii·et durauit p tres horas Itez iiii·id9 febzuarii paulo añ auroram serenſſima nocte visa ẽ lũa vsq; ad terzas in momento descendere et facta morula quasi resũptis viribz itezũ vsq; ad locũ vnd descẽderat paulatim ascẽdere Hoc ãno fridericus quoq; imperator crucẽ accepit saladinus frequenter tirũ infestat sed cũ damno suoz sepe confusus recedit In vigilia sancte marie magdalene antisiodorũ conflagratur et in crastino dicte festiuitatis vrbs trecensis oburitur Hoc etiã anno·beluacũ priuinum carnotũ mirabiliter icẽdũ

XLVI De ruptione federis inter reges per comitẽ ricardum

EOdem anno ricard9 comes pictauẽsis rupto federe quod ipse et pater suus cum rege philippo inierant terram comitis tolosani quam a rege francoz tenebat intrauit·et

mosacū aliaqz castella ad eū pertinentia cepit Qđ cū idem comes raimundꝰ regi philippo p nuncios intimasset·ille collecta multitudine armatorꝝ subito terras eorꝝ intrauit & castꝝ radulphi buſēsacū qz & argentoniū cepit·quarē etiā qđ leurosiū uocatur obsedit·vbi dū ī obsidione breuem morulā faceret·accidit vt torrens ante castꝝ in quo pluuiꝰ inundātibꝰ solebat aqua inueniri sufficienter·estatis feruore nimio siccatꝰ esset Cūqz rex & totus exercitꝰ eiꝰ aquarꝝ penuria multū affligeretur·subito de terre viscerib9 aqua miraculose intantū excreuit & sine pluuia·vt vsqz ad cingulos equorꝝ attingeret·et totꝰ refocillaretur exercitꝰ·eorꝝqz animalia·Tādiu aūt duranit quādiu rex ibidē ī obsidione fuit·Post paucos dies castꝝ cepit et ludouico ꝯsāguineo suo filio comitis theobaldi dono dedit·Ipo vero recedente· aque quoqz ad priorē locū reuerse sūt·nec postea oparuerūt Egressus inde rex venit et obsedit montē tricardū et cū labore cepit et turrim euertit·Deinde paluellū et montesoriuz et castelletū cepit·et rupē willebaldi ·& quicquid iuris āglie rex in tota habebat auernia sibi subiugauit·Quo viso rex āglie p marchiā normānie versus gisorciū exercitū suū reduxit· p quam·s· marchiaz trāsiens castꝝ dreuorꝝ incendit multasqz villas cāpestres destruxit·Rex aūt philippꝰ insecutꝰ est eū et in ipo trāsitu cepit vindocinū·Persecutꝰ est autem regem vsqz ad castꝝ quod dicitur thrō ō quo ipsū cū filio suo ricardo turpiter eiecit·totūqz vicū obussit·Supueniente aūt hieme datis inducijs vterqz a bello quieuit

XLVII De dissensione eiusdez comitis a patre et āliter capta ē vrbs turonis

INterim comes ricardꝰ a patre suo petijt vxorez q̄ debebatur sibi·sororē·s· regis philippi que tradita ei fuerat a patre suo ludouico ad custodiēdū·et cū ea petiit etiā regnū·Sic em fuerat ī pactis ·q̄ qui cūqz de filijs regis āglie eā haberet in uiuagiū post mortē ipsius regis haberet et regnuz· Hoc ergo ricardꝰ de iure sibi cōpetere dicebat·quia post henricū fratrē suū primogenitus erat·Quod cū rex solicitꝰ nimis hoc facere nollet·iratus comes a patre recedens ad regē frācorꝝ se trāstulit·& ei hominiū faciens fedus sub iuramēto firmauit ·Anno domi M·clxxxix·philippꝰ rex exercitū aput vegentū duxit·et firmitatē bernardi cū alijs quattuor firmissimis castellis cepit vrbēqz cenomānis ō q̄ hēricū regē āglie cū·dcc·militib9 armatis ēpiter fugauit·et psecutꝰ est eū vsqz chinoniū·cenomāniſqz reuersꝰ turrim fortissimā ac bene munitā muro·p mīarios quos semper secū ducebat suffosso laboriose cepit Deinde versus vrbē turonis exercitū duxit·vbi sup ligerim fixis tentorijs ipse solus aquas flumīis cū lācea temptās·quod auditū a seculo nō fuit vadū inuenit·Positisqz signis a dextris et a sinistris vt inter illa totus post eū exercit9 trāsuadaret primus ante omnes trāsiuit·Videns autē exercitus aquarꝝ dimīutionē·subito miraculose factā statim collectis tentorijs omnes p vadū secuti sūt regem Omnib9 aūt trāsmissis·aque reuerse sūt ad statuz priorē·Quod videntes turonenses timuerūt regez rex autem dū immunita ciuitatis circūquaqz cōsideraret·ribaldi eius qui primos īpetus ī expugnandis munitōibus facere osueuerant·ipo cernēte per muros cū scalis ascendentes vrbē ex impuiso ceperunt Tunc rex cū exercitu totam vrbem recepit·i biqz custodes posuit

XLVIII De obitu regis henrici et mīcio ricardi et quibusdam alijs

PRope belynas est lacus iuxta quez incipit mare galileum inter betsayda & capharnaum. De betsayda fuerunt petrus & andreas. iohannes & iacobus · philipp9 et alpheus · & ad quattuor leucas inde ciuitas est corozaim in q̃ nutriẽdus dicit̃ añchrist9. Porro a corozaym ad quinq3 leucas est cedar nobilis ciuitas. Castruz vero capharnauz versus dexterã a mari est situm. Ad duas ãt leucas a capharnaũ est collis in decliuo montis. qui. s. locus mensa dicit̃. eo q3 ibi pauit domin9. v. milia hoĩm ex quinq3 panib9 ordeaceis Sub eodem vero scz loco ymestionis. est ali9 etiã locus vbi dominus post resurrectionem appens discipulis comedit cum illis ptem piscis assi & fauum mellis. In p̃dicto mari ambulãs ipse sup aq̃s dixit petro. Modice fidei q̃re dubitasti. Versus sinistrã a dextro montis genezareth surgit uentus. cuius inquilini sẽtiũt impet9. Ad duas vero leucas a genezareth est magdalũ castz a quo maria magdalena dicta est. Et hec regio dicta est galilea saracenorz vbi hitauerũt trib9 zabulon & neptalim. ibiq3 fuerunt. xx. ciuitates quas salomõ dedit amico suo irã regi scz tyri. ad duas vero leucas a magdalo fuit

cithareth ciuitas· que mō est tyberias· tyberia dĉa vulgariter a tyberio impatore romano· Hanc dñs hiesus frequētare solebat·cū adhuc iuuenis eēt·Hīc ad quattuor leucas est bethulia ciuitas · Porro ad decem leucas a tyberiade· sita est nazareth galilee & ·inde ad duas in via que ducit ad acon·sita ē sapharia ciuitas anne matris beate virginis marie · In nazareth fons ē· cuius aquā puer hiesus exhauriebat & secum ferebat· Ad quattuor leucas a nazareth & ad duas a sapharia ex oriētis pte est chana vicus galilee· ad vnā vero leucā a nazareth locꝰ ē quē rebuth vulgariť dicunt· vnde iudei hiesū p̄cipitare voluerūt· Iterꝝ ad q̄ttuor miliaria de nazareth mons est thabor īquo trāsfigurauit se dominꝰ corā petro & iohe & iacobo· Ad duas leucas a thabor versus orientē est mons hermon· In vualle mōtis thabor· melchisedech sacerdos occurit abrahe cum pane & vino· Ad duas leucas a thabor sita ē in monte ciuitas naym· in cuiꝰ porta dominꝰ filiū vidue suscitauit· Supius a naym est locꝰ qui dicit torrēs vel cauerna cyson· in monte vbi ofilio delbore vir eius barac vicit youmeos LXIII

¶ De iezrael ac ciuitatibꝰ samarie·

AD quinq; leucas a naym sita est ciuitas iezrael· in q̄ regnauit impiissima iezabel· Quam p sua pteruitate de palacio suo p̄cipitata adhuc stat sepulture istiꝰ colūna· Secus iezrael cāpus magedo exístit in quo iehu rex samarie nouitē iunctꝰ regē iuda ochoziā vicit· Ad duas autē leucas a iezrael montes sunt gelboe quibꝰ dauid de casu saul & ionathe dolens maledixit eosq; dānauit ppetua sterilitate Ad quinq; vero leucas a iezrael incipit samaria in loco qui dicit castꝝ duplex· hinc ad decē leucas sita est vrbs sebaste siue augusta· in qua inter helyseū & abdiā pphetas sepultꝰ fuit iohannes baptista· Decollatꝰ quidē est in castro macherōta secus lacū asphaltidis· trāsflumē iordanis & inde in sebaste sepultꝰ a discipulis· Cuiꝰ corpꝰ postmodū absq; capite· digitoq; quo saluatorem oñdit iulianꝰ apostata fecit oburi & caput in alexandriā· deinde ostātinopolim· & tandē in ciuitatez patras deferri· Digitū vero quo dominū ostendit beata thecla in montem gaudii tulit· Ad quattuor leucas a sebaste ciuitas neapolis sita est· prius dĉa sychar & sychem iter dā & bethel· Ibi emor regnauit· cuius filiꝰ dynam rapuit· In sychē trāsportata sunt ossa ioseph ex egipto· ac sepulta iuxta fontez vbi ieroboā rex israhel fabricauit duos vitulos aureos· quos dixit se tulisse de hierusalem· & posuit vnum in bethel· & alterꝝ in dan· Iuxta neapolī est campꝰ quē iacob filio suo ioseph p̄ter sortē fratrū dedit· in quo est puteꝰ· ad quē dominꝰ ex itinē fatigatus sedit· & samaritane p̄dicauit· ad vnā leucā a sychē sita est luza ciuitas· que & bethel ī qua diu hitauit abrahā· Ibiq; filiū sacrificare voluit· & ibi dormiēs iacob angelos vidit· Montis bethel ofinis est mons galgal versus orientē inter dan & sychez oppositꝰ monti gebal· ad xx· leucas a sychem & ad iiij a hierulim in via que a neapoli ducit a d montē scī samuelis sita fuit rema ciuitas· vbi fuit archa testamenti vsq; ad aduentū samuelis & dauid regis

LXIIII ¶ De locis hierulim ciuitatis scē

PORRO ad· xx· leucas· a sychē· & ad· xvj· miliaria ab ebron· & ad· xiij· a hierico· & ad vii· ab ascalona· & ad· xii· a ioppe sita est ciuitas scā hierulim in medio īndi· metropolis ciuitatum iudee· Illic in monte moria vidit dauid āgelum interficientē populum· & ira dei placata emit plateā ornā iebusei· ad fabricādū tēplū qđ tercio ď structū fuit· dubiū a quo fuerit reedificatū· Quidam dicunt q̄ a mīre ostātini helena in honorez scē crucis recupate a cosdroe psa· alij vero dicunt q̄ a iustiano impatore qui voluit vt a qualibet honoraretur natōne In hierusalē est lacus qui pbatica piscina dicitē· cui aqua singulis sabbatis ab angelo mouebat· Descēdente· s· ad visitatōnē ligni dominice passionis ibidē absc̄ōditi a tempe salomonis Et pꝰ aque motionē sanabat vnꝰ· quicūq; descenderet in eam prius· Iuxta hunc ergo lacū sanauit dominus in sabbato paliticū· sub templo domī & mōte syō In valle iosaphat sub terra fluuiꝰ puus fluit: vbi dominꝰ cecꝰ illumināū misit· In monte syō petes discipulorꝝ dominꝰ lauit· et cenās cum illis nouuz testamentū instituit· A cuiꝰ pte sinistra in agro pegrinorꝝ· qui est acheldemach secus viā que ducit effrata sicꝰ est fons gyon vbi coronatꝰ est salomō Per montē syon ascēdit dñs in hierusalē ad passionem· et cum venisset betphage ad montem oliueti trāsiuit p vallē iosaphat in hierusalē· sub mōte oliueti versꝰ orientē trās torrentē cedron ad iactū lapidis sudauit dominꝰ guttas sāguis· In loco lico stratos ter dominꝰ petrū negauit· et ī loco qui ď gallicātꝰ amare fleuit· in caluaria crucifixꝰ est dñs in loco qui ď golgatha· et ad dexteraz ab introitu ecclesie sepeliuit eum ioseph ab armathia · Ad caput ipsiꝰ ecclesie inuenit helena crucē domī· in pti bus illis est locꝰ qui ď caritas· vbi iudei voluerūt dominū ophendere· sed timuerūt turbas· Ibi post resurrectōnē appuit dominꝰ magdalene· in mōte syon appuit apostolis abñte thoma· et alia vice ipso pñte· ipsisq; pñtibꝰ et videntibꝰ in celū ascēdit xl· post pascha die· Ascendit īm̄ a monte trium luminū hoc est oliueti· in quo s· monte beata ẏgo dei genitrix obiit· et ī valle iosaphat sepulta ē· ide corpus eius in celum assumptum est Ante portam hierusalē que est ad occidentem lapidatus est pro thomartir stephanꝰ et in syon sepultꝰ· indeq; ostātinopolim ac ďinde romā translatꝰ· et iuxta sāctū laurentiū est positꝰ· Añ portū hierusalē· que ē ad austrꝝ iuxta lacū est cauea que ď leonis carnerium qz tpe cosdroe ibi leo reposuit· xij· corpa martiruz

LXV ¶ De ceteris vbibꝰ ac locis iudee

AD vnā leucā a hierusalē sub monte oliueti versus mare mortuuz est bethania· vbi dominꝰ lazarꝝ quatriduanuz suscitauit: et marie magdalene ī domo symonis leprosi peccata remisit ad quattuor leucas a hierusalez est ciuitas bethlehem· Ad hāc veniēs helena regina p̄sepe dñi fecit romā portari et ī ecclesiā beate marie maioris reponi in bethlehē sepulte sunt paula et eustochiū ad vnam leucam· a bethlehē est locus vbi sepulta ē rachel secus viam que ducit hierusalē Iuxta cuiꝰ sepulcrū fecit iacob apponi xii· lapides p̄grandes īmoniñtū xij· filiorꝝ israhel· quod incolis est manifestum· Ad· xv· leucas a hierusalē versus ramatha mons est in quo quondā ciuitas modin erat sita· q̄ fuit mathatie patris machabeorꝝ ibidem sepultorꝝ Ab illo monte ad octo· leucas in via que ducit iop pen· sita est lidda quōdaz ciuitas sed modo castrū & dicitē diospolꝰ· ad· iii· leucas a bethlehē est castꝝ quod ď cauea· vnde fuit amos pphēta & ibi sepultus est· ad quattuor leucas versus hierusalem · est castrum in quo mānit zacharias pphēta· quādo beata virgo post annunciatōnem euangelicam abiit

ín mõtana· Ad ·xiij ·leucas a hieruſalẽ eſt hiericho a cuiuſ ſiníſtra deſertũ eſt quarãtene m quo ieiuna uit domín? ·& de gula tẽptat? eſt a dyabolo · ad duas leucas a quarãtena ex oppoſito gálilee eſt alius mons valde excelſus· ín quo itez de auaricia tẽ ptat? eſt domín? ·In ípo deſerto quarãtene fõſ exíſtit ·cuius aquã amarã p appoſitõnem ſalis heliſe? potabilẽ fecit· Engaddi locus eſt hierichontín? ín quo fuit quõdam vinea balſami· cuius plantas egíptíj tulerũt ·& ín egipto plãtauerũt· Ad dimidiã leucã a babilone noua ín quodã orto dimidij mãſi· Huius arbor ſimilis vinee triẽníj· ciuſq; foliũ vidétur eẽ trifolij pui ·Ortus aũt irrigaẽ aqua fontíſ ín quo beata virgo ſolita eſt abluere pannos ſaluatoris quãdo ín egíptũ fugit a facie herodis · Quí ſcz ortus ſi a nõ crhíſtianis excolaẽ aut ppetua ſterilitate dãnaẽ· aut ín penam ſaracenoz ieſtimabilis vltio ínferẽ ·Nec alicubi verũ ínueníẽ creſcere balſamuz ín mundo ·niſi tm̃ ín predicto egípti loco· ad quattuor leucas a nazareth eſt mons cayn · ín cuí? pede lamech ſagittauit chayn· Ad ix ·leucas a mõte cayphas· vel carmeli ad auſtz eſt ceſarea quondã metropoliſ paleſtinoz ex qua fuit corneli? centurio ·vel quẽ baptizauit petr? · et fecit eiuſdẽ ciuitatis epiſcopũ· Acon ciuitas eſt ī angulo ſita tota patẽs ab oriẽte ac meridie · totaq; mari clauſa a ſeptẽtrione et occidẽte· Ab acon vſq ad cayphas cõtra meridiẽ ſunt due leuce · & índe vſq ad caſtruz pegrinũ quod deſtrictũ dicíẽ qñq; a deſtricto uſq ad ceſareã ſunt quattuor ampla miliaría· & a ceſarea vſq ad ioppen eſt dicta· Porro a ioppe vſq ad aſcolonã ſex leuce· Ibiq; ppe eſt gaza ·cui? portas ſanſon fregit & ín mẽtem tulit· Ate lye quattuor ſcz ceſarea· ioppe· aſcalona· gaza philiſtínoz deſerte ſunt· a hieruſalẽ vſq; ad montẽ ſynay ſunt dícte duodecim·

LXVI· De patriarcha hierusalẽ & yconia mirabili beate virginiſ et de barſaſſinis ·

Patriarcha hieroſolíme quattuor habet archiepíſcopos ſub ſe· In prouíntia quidez paleſtina ceſariẽſem· qui vnũ habet epm ſuffraganeũ ſcz ſebaſtẽſez· In galilea nazarenũ q̃ et vnum ſcz tyberiacẽſem habet ſuffraganeũ. In phenicea vero thirẽſem· qui quattuor habet ſuffraganeos ſcz aconẽſem· ſidoníẽſem· bericẽſem ac belmẽſem· petracẽſem quoq; ín prouíntia moabitarũ · q̃ vnum ín monte ſina ſuffraganeũ habet grecũ· Patríarche vero ſuffraganei ſunt ebronica· bethleemita· & lyddenus epi. In eccleſia domíci ſepulcrí ſũt canonici priorẽ habentes ac viuẽtes ſcõm regulam beatí auguſtíní · In tẽplo etiã domíní ſunt regulares abbas & canonici· & ſimiliter ín eccleſia mõtis oliueti · In monte vero thabor abbas & monachí nigrí· Et ī eccleſia ſimiliter de latina In geſſemani quoq; que eſt vallis ioſaphat ſunt nigri monachí Omn̄s iſti abbates atq; priores cum ínfuliſ et bacuſ et anulis· atq; ſandaliſ põtificalib? · aſſiſtunt ín mínıſterío patriarche ſoli obediẽtes· Sunt et ciuitates que nõ habẽt epiſcopos videlicz aſcalona ſ̃b epõ bethleemitano · ioppe quoq; ſub canonicis ſepulcrí· neapolis ſub abbate tẽpli· et caiphaſ ſub archiepo ceſariẽſi· Neapolis et tir? et acon & hieruſalẽ nullo mediãte ſpectãt ad regẽ· Ad q̃ttuor leucas a damaſco eſt locus qui ſardanai dicíẽ ſitus ín mõte vbi eſt eccleſia beate virginis marie· ín q̃ ſũt virgines moniales· xij· et octo monachi· In hac eccleſia depicta eſt imago ī tabula beate dei genitrícis ope cõſtãtinopolitano· quã patríarcha tulit hieruſalẽ et cuidã abbatiſſe dedit· abbatiſſa vero ad locum p̃dictũ trãſtulit· De hac imagine manat oleum balſamo ſuaui? redolẽs quo límiunẽ ínfirmi· & melius habẽt· Oleũ iſtud optime crhíſtianis reſeruaẽ ·et ipe locus a ſaracenis ín magna reuerẽcia habetur ·Bis ín anno ſcz ín aſſũptõne beate virginis marie & natiuitate · locum illum íncole ſaracenoz frequẽtãt· hec imago a mamillis ſupius ſi petur vt carnea ſentiẽ. In cõſtínio antiochie et damaſci ín caſtris munitiſſimis habitant barſaſſíní · Quoz domín? eſt verulus de mõtanis multuz reueritus a crhíſtianis & ſaracenis p̃cipuis ac remotis· Quoz p̃cipes índifferẽter p nuncios ĩterfice re ſolet· Hoz nulla eſt lex· niſi quã timor facit· matres· ſorores· filias et índifferẽter oñs cognoſcũt vt vxores· a cunabulis educãtur ín palatíjs· oñia q; addiſcũt idiomata· et docenẽ dominũ ſuũ time re ſup omnia· eiq; vſq ad mortẽ ín oĩbus obedire vt ſic poſſint ad paradiſi gaudia puenire· Quiſquis ín obediẽtia moriẽ pro angelo coliẽ ·hec de illo líbello patriarche ad papã ad preſẽs ſufficiãt·

LXVII· De origine ac puericia ſãcti edmũdi cãtuariẽſis archiepi Actor.

ANno itez ſupius ãnotato ſcz ab ícarnatione domini M·cc·xlvij· ſãctus edmundus cãtuariẽſis archieps· cuius ſacri corpis gleba ín põtigniacẽſi monaſterio requicuerat· de terra ẽ eleuatus qui nimiz ãno p̃cedẽti autoritate apoſtolica fuerat canonizatus & ín cathalogo ſãctoz deputat? Ex geſtis e? ·Hic ex abbẽdonie villa orígínẽ duxit· In cuius carne florida vigínitatis flozẽ illibatũ perpetuo deus pmãſurũ edocuit· qui eum ſupra mozẽ cõmuníter naſcẽtiũ ·felicibus auſpicijs ex ſue matris vtero ſegregauit· Cõgreſſus eſt eñ de cella ſue natiuitatis· ita mũdus et immuníſ a cõmuni corruptõnis humane cõtagío· velut ſi mox ī ſindone mũdiſſima nullã cõtraxiſſet maculã continens de cõtento· Hunc igiẽ ín baptiſmo mater edmundum tãq̃ a mundícia nuncupãdũ cenſuit· quia cũ oraret ad feretrũ ſãcti edmũdi martiris onerata nobili onere· vitalis ín eo ſpũs primitias primitus dephendit· hec mabilia vocabaẽ· pater aũt edwardus· qui de cõſenſu cõiugis ſeculo valefecit· & ín monaſterío de eyneſham ſub habitu regulari curſum vite feliciter cõſũmauit· mater quoq; vtute nõ inferioz cognatõní femínee maſculinũ animũ ĩſeruit· & ī ſeculo nõ ſeculariter viuẽs· cum animi mollicie carnis illecebras· a ſe penitus amputauit Capã clauſam deferẽs veſtes reiecit· quas p̃poito caſtitatis nõ cõuenire cẽſuit· Vigilias monachorũ abbẽdonie ſingulis fere noctib? cõſueuit frequẽtare· ꝑ carnis oflict? armis militie cõtinẽtiũ ꝓgruis ſe índuit cilicio videlicet aſpo· quo carnis nuda calcaneotenus cõtegere cõſueuit· Addidit et loricaz ferreã deſup· quã fineten? carni ſue portauit índuiduã · vt ĩdumẽtum piloſum p̃mente ferro plus pungeret carnem ipſã· Intra loricã uero due lamie ferree ad mai? erãt ſuppliciũ ·quaz mater moriẽs duos ſílios fecit heredes· edmundũ ſcz ac robertũ Ab ipſis ergo puericie primordijs· edmundus taz religioſe nutriebaẽ materna ſolicitudíe· vt extunc ab ea ĩformareẽ ieiuníis & orõníbus etiã adultus ĩſiſtere· huic eñ mater vt ſextas vltro ferias ín pane et aqua ieiunaret · dedit & promiſit munuſcula vt parcimonie ſalutaris obſuãtias ín eius animo plãtaret arte ſcã· ſic ínnocẽtie fundamẽto ſuperedifi

cauit ardua virtutū palatia vt creſceret tēplū ſcēm in domino·edificatio p ſpūm māturi? ichoata·

LXVIII Qualiter eidem puero piſi? miſſo chriſtus in forma pueri ſe ei oñdit·

QVm aūt mitteret eum vna cum fratre ſuo mater piſi?·vt liberalib? imbuereē ſtudijs ſeu artib?·modicā pecunie ſummaz dedit eiſdem: dicens illis·Si mīnam vt bonos decet filios iuſſionē ſeruaueritis ofido in domīo q̄ in oīb? ipe puiſor munific? erit vobis Duo quoq; dedit eis cilicia·p̄cipiens vt illis ſup nudo ſe veſtirēt·bis aut ter ī hebdomada Timebat eīm ne poſtq̄ diſcretionis annos attingerēt·p deuexa viciorz & abrupta voluptatis incederēt·Ideoq; rudes in arte bellā di familiariē informauit·& prius exercitans q̄m in belli diſcrimine neceſſario traherenē·rudimētis intellectualib? ſenſualitatis ſtudia p̄uenire curauit· Ipſa etiā edmūdo quē velut ſcitatis ei? preſcia·ceteris filiis plus dilexit·dum ſtuderet piſi?·cuz in duīntis lineis cilicīū mittere oſueuit Meritoq; preceteris eum dilexit qui nuſq̄ piam matrē·pi? videlicet filius verbis aut opib? offendit·Ita nāq; deo & pie matri ſue placere ſtuduit·q̄ omnē a ſe leuitatem reſecans oīno corcis·alijſq; ludicris ſeu ſpectaculis ſe ſubtraxit·Diebus quoq; domīcis et feſtiuis iuxta monitū matris anteq̄ omederet p̄ſalteriū ex itegro p̄ſallere oſueuit·Et q̄m amātiſſim? domī totis viſcerib? ſtuduit actorē vite diligē ipe in forma puerili eidē puero ſe voluit demonſtrare Cum eīm pratū quoddā ſpaciādi cauſa coetaneis iuitantib?·ofenſiſſet igredi·ab ipor tam comitatu ſe celeri? ſepauit·ne oſcie ſue puritatem vel nugis puerilib?·vel ocioſis ḡmonib? ꝓtingeret maculari· Dum igit̄ incederet ſolitari? ſacris inſiſtēs meditationib?·apparuit ei puer ille cantore niueo nitido? & colore roſeo rubicundus Qui velut a ſūmo celi cardie delapſ? ſubito·ſic eum prior allocut? eſt oſticioſiſſime ſalutādo Salue dilecte mi·Qui cuz audiſſet·vt puer in ḡmoē ignoti pueri mirat? eſt·quē cum ille pauefactū & heſitantē oſpiceret·ipſuz denuo alloquēs queſiuit an ipſe ſibi vel tenuit notus eēt·Ille ſimplicitatis columbīe rñdens ḡmone ſimplici·nullā inquit teneo noticiā tui·nec ſum vt eſtimo notus tibi: Adiecit puer·Quō ita tibi ſum icognitus·p̄ſertim cum & in ſcolis ad lat? tuū ſedeaz & tibi quocunq; fueris inſepabiliter fuerim ſocia tus·Deinde ſubdidit in faciē meā reſpice: & qō in fronte mea ſcriptum ſit aduerte ſedul? toto corde Quod cum feciſſet ſcriptū legit in ea literis celeſtibus·hieſus nazaren? Qui ſtatim quod viderat ei retulit & ab ipo ꝓtinus audiuit·hoc eſt nom̄ meū quod tibi memoriale ſit in oſiderio aīme·& hoc diligenter & articulatiz noctib? imprime ſingul' frōti tue·Per hoc eīm poteris otra mortē muniri ſubitam·et quiſquis eadē ſcriptura munierit mō oſimilī frontē ſuam·His dictis·puer ille in quē deſiderāt angeli p̄ſpicere diſpuit·ſz in pectore pueri ſui quē uiſitare dignat? eſt·non parum dulcedinis reliquit

LXIX Qualiter a matre bñdictōnē accepit & aīmam defuncti portari a demonib? vidit

QOrro matre illi? iam morti ꝓpinqua cum vix ei ſupeſſet extrem? ſpūs·vocat? ad eā venit·bñdictionē vltimā ꝓcepturus·Quam ſup eum affectuoſiſſime edita·cum abſentiā fratrū ad memoriā reduxiſſet exorauit matrē humilit vt abſentes quoq; bñdiceret·Ad quē illa·In te ait filī oīs fratres tuos bñdici noueris·qui p te trāſfuſa in illos bñdictōe tua·tue ꝓtectores erūt gratie & virtutis·Nec eīm matrē latuit quis quantuſq; futur? eēt in poſterz·cui? future glorie cumulū·quibuſdā nouerat p̄ſagijs p̄ſignatū·Siquidē viderat in ſomnis nocte quadā eum corona ſpīneā portantē in capite·que vehemēter accenſa flamā ꝓtēdebat ad ſidera cum fulgore Quadā vero die cum verſus natale doīcaliū·ſ·abbē domiā iter agēt cū alio quē hēbat itineris ſociū·vidit campū auib? fuligine nigriorib cooptū·Et vterq; quidē de maxima mirat? ē auiū multitudine·ſz alterz ſtupor valid? inuaſit cū tremore·Cui beat? edmūd?·Beta inquit a via ſemotus paululū·et te crucis muni ſignaculo·ne timeas quia videbim? quid ꝓtendat monſtruoſa hec auiū multitudo·Poſt modū vero videntib? illis aues ille corpus quoddā nigerrimū·nec homīs·nec ulli? aīalis effigie diſtinctū ſubuexerūt in aera·& ita omū diſparuit multitudo auium ſubito velut vmbra· Quo facto cōuerſus ſanctus ad pauentē ſociū vis ait ſcire·quid ſignificet hoc portētū·Et ille· volo· Cui ſanct? Aues teterrimas quas vidiſti noueris eſſe demones·homīs cuiuſdā qui in villa proxima nup obīit aīam ad inferos deportātes·Ipam aīam laruale corpus quod in aera ſubtulerūt exprimit· que meffigiata viſa eſt·qz conditoris ymaginē ad quam facta fuerat·ipa dum viuerz in corpe· viuendo nequiter deformauit Qui ad eandē protin? uillam venientes·vt de viſo certiores efficerētur p̄digio cognouerunt q̄ homo quidam ipa qua ſanct? p̄dixerat hora trāſierat ex hoc mundo·

LXX Qualiē ī adoleſcētia caſtitaīt ſtuduit & imaginē beate virginis anulo deſponſauit

TAm aūt ſanct? edmūd? annos adoleſcētie attigit·carnis delicias non tm̄mō fugit·ſz etiā exhorruit·Cunq; virt? verſet̄ cca difficile: & ad virtutū culmina veniaē cum labore· p̄ uſq̄ ei? aīme vires attigiſſēt virtuti cōtrariū·in eiſdem ſacris pauerat exercicijs virtutib? locū·Sicq; cani ſēſ? effect? eſt in annis teneris·q̄ cum ſacram paginā nectum didiciſſet·tam ipam iam docere uidebaē maturis moribus & honeſtis·Eratq; talis q̄ non p̄ri? incipet docere q̄ facere·ſz quod amplius eſt·p̄ri? facere q̄ audire·Et cum ſingulis in corde virtutib? gratū paſſet hoſpiciū·caſtitatē ſingulariter habere ſtuduit·ſciens q̄ incorruptō deo proximum eſſe facit·vñ carnē ſuā nulla vnq̄ polluit immūdicia·ſz in eo p̄manſit vſq; ad obitū virginitas incorrupta Nam de oſilio cuiuſdā ſacdotis ꝓpetuā virginitatē corā beate virginis vouēs ymagīe·eidē ſe virgini velut domīe omēdauit & copulauit perhenniter velut ſponſe·atq; in ſignuz irrefragabil' federis eam anulo ſuo ſubarrauit nouo more Anulo inq̄m quē ad hoc fecit·digitū ipſi? ymagīs inſigniuit·Et vt eidē domīe amice cariſſime iugiē impenderet·ſalutatōnis obſequium in eodē anulo lr̄aliter īſculptū eſt illō aue angelicū·Extūc ergo ſicut ipe ofeſſ? eſt ī obitu·quotiens eiuſdez clemtiſſime virginis p̄ſidiū īuocauit·ipa in temptatōne ꝓtectū in p̄ſecutōne ſolatiū·ī tribulatōne remediū: ī dolore gaudiū ſibi celeriē impetrauit·Vt aūt eadē ſponſa ſua federis iter eos initi recordareē & ſponſum dignareē agnoſcere·qui eam ī ſua deſpōſarat ymagine ī anulo cū quo poſt mortē more pōtificali ſepult? extitit·īuentū fuit īſculptū cunctis videntibus atq; mirātib? iſtud aue·Ac p̄ hoc & ī manū pōtificis & ī digito ymagīs·p̄cipuū p̄relucz teſtimonium p̄ quod enucleaci? apparet omībus geſte rei

veritas & exẽplum·

LXXI ¶Qualiter eum dyabol⁹ de carnis cõcupiscẽtia tẽptauit·

ET hostis antiqu⁹ quo magis eũ vidit in virtute proficere·eo magis agitat⁹ inui dia·pectoris eius pacẽ studuit pturbare Vnde quãdam puellam hospite sue filiã in eius ex citauit excidium·vt ipudicos oculos in euz iaciẽs eius cõmouere tẽptaret aĩm signis & nutib⁹ ac su spirijs·quasi dicẽs tacite·dormi mecũ·Sed cũ per talia nil proficeret·aptis cum eo verbis cepit agẽ & multis modis ad amplexus illicitos prouocare Quaz ille vt pestẽ fugiẽs sepe corripuit·sz illa nec sic a virulẽto ꝓposito quod mẽte ꝺcepat se retraxit Illa velut altera egiptia·pro illicitis institit · Ille velut alẽ joseph illicita recusauit · Tandẽ ꝺ illius oportunitate ꝓcesus·quid sup hoc eẽt agẽdũ meli us mẽte contulit·& habito secũ consilio puelle tẽ pus assignat veniẽdi ad locum quo vacare studio consueuit·Illa spans uoti se compotẽ fieri·assigna to tẽpore audacter venit·Quam ingressaz & qui busdam supioribus vestibus ad eius mãdatuz spo liatam arripuit·virgisqz flexibilibus · quas ad hoc aptauerat in dorso ꝓptime flagellauit · vt sic cui collecta erat in corde stultitia·ipam disciplime dis soluerz dura virga·Fugit illa quẽ dudum fuerat i secuta·& vexato intellectũ dedit·& gratiã appo suit·ita ꝙ ipa puella vt assuit hmõi tẽptatõnẽ nũ ꝙ postea talit tolerauit·Sicqz dum restitit ꝓsẽn ti dyabolo·ipe dyabolus a puella recessit ocius & ab ipo·Sz dum p aptam eum mali spẽm non possz ad carnis illecebras trahere · conatus ẽ p quãdam matronã·satis vt viꝺbat honestam deceptõis sue laqis irretire.Hec velut sub obsequij velamine ob tulit ei q̃dam donaria ·vt p hoc eius animũ facili⁹ inclinarz ad turpia carnis vota·Quod cuz ille mu liebris versutie nõ ignar⁹ mtelligerz· q̃siuit ab ea an ei de sui cõsciẽtia coniugis hec offerz· Et illa · Latẽt inquit ista coniugẽ·nec eĩ scire debz ꝙ tibi facio amicabiliter hunc honorẽ·Insipiẽs eĩ credidit virum sapiẽtẽ aquas furtiuas quasi dulcõres appe tẽ·quas ille vt dauid sapiẽs cum tanto discrimine noluit degustare·vnõ ait ad illam·sine viri tui cõ= sciẽtia nõ recipiam dona tua·sicqz mulier verecun data·donaria sua retulit·& ipse ab eius impetitõe noxia liber fuit. LXXII· ¶Qualiter i etate viril carnẽ suã arti⁹ castigauit·

DEcursis annis adolescẽtie·qz crescẽtib⁹ cum etate vinib⁹ corpis·crescit iuisibilis pugna militie· spũalibus armis curauit fortius se munire·Vnõ non contẽtus iã cilicijs vti omnibus·sicut informatus matris monitis & exẽ plis consueuerat a puero·adminẽticio cilicij gne· carnẽ suam nõ taz domare ꝙ torq̃re studuit nouo modo·quẽ modũ et antiquioribus sanctis incogni tum·& modernis credimus inexptum · habebat si quidẽ cilicia non ex filis vt fieri solet subtilib⁹·tex toris arte compositũ·sz ex corrulis artificiose con nexis piter & cõiunctis ad instar rethis dẽsissimi i tricatum·quod in connexione sua dẽso ordine con tinebat nodulos tam intolerabiles ꝙ vt ita loquar sine numero numerosos·Erat ab anteriori pte ap= tum·penitus inconsutile illud cilicium·laqueol' ab eius capucõ vsqz ad fibrias hincide appositis cõno datũ·que connodatõ cilicij nodos addite carni im pressit artius·& cruciauit grauius sui corpis art⁹ sacros·Sicqz cum seipso bello dimicãs intestino · certamen sibi indixit reciprocum·in quo se contezẽs & a sese cõtrit⁹·exiit se supra se·pene sui met ob litus vt se vincez·& domestico tormẽto corpe su pato martir in pace factus· ꝺ se triumphum nobi lẽ reportarz·Cui eĩ xp̃us erat viuere·ipse vixerat nõ vt ipe·Nec cõtẽtus est hoc tormẽti gne·sz quod supaddidit est admiratõne digni⁹ & stupore·Vt eĩ idem cilicium stringereẽ fortius·& continuata punctõe· caro maius sustinez suppliciũ·fune grossi ori·de pilis equinis triplicato cõstrixit illud ꝺsu p in hunc modũ·Funis ille a scapulis per corpus circũductus vsqz ad renes descendebat· multis in uolucris mediãtibus & tam stricte ligabaẽ inferi us q̃ corp⁹ & p̃cipue spinaz dorsi curuare vix po tuit·vl' semetipsum erigere incuruatus·sic in cigu lo cilicino semetipsum circumdederat· qui nõ tm lumbos carnis sue cũ legali põtifice succinxerat·sz isup ẽca pect⁹zona aurea cũ dei filio ci ct⁹erat Ita diebz pl̃ ptates aerias armato corpe rligs corpis p tic'as q̃s i apto nõ potuit·armauit i occ'to ut in se nil imunitum relinq̃rz vl' inerme· Siquidẽ manuz & colli nuda·q̃ videlicz ꝓpter homines dieb⁹ cru ciare nõ poterat·noctib⁹ corã deo cilicio ꝛegebat Addidit & cilicina femoralia & caligas cilicinas· quibus utebatur assidue cum lorica quam sibi maẽ reliquerat·duplicia de manu domini recepturus p duplici martirio quo se spõtanee cruciabat· In ad uẽtu quo qz & in quadragesima indumẽtũ qꝺam portauit plũbeũ coriũ quoddaz nihilomin⁹ durũ indues & nodosum·Ad maioris etiam tormẽti cu mulũ pluribus locis astrinxit funib⁹ corpus suum ne constringẽtur funibus peccatorum·

LXXIII· ¶Qualiter in regimine artium se habuit·

FAct⁹ vero magister artiũ preter morez tunc legẽtiũ·missam & horas canonicas quotidie priusq̃ legeret audire cõsueuit que scz religiosa cõsuetudo suis etiã scolarib⁹ pro fuit·quos vt secum audire missas assuescerẽt·sic in duxit·Et vt hoc liberius exeq̃reẽ in prochia qua ꝺ gebat ·fecit capellã cõstrui in honore scz beate vir ginis quam sp dilectõne coluit spẽali · Pius autẽ humilisqz magister cum vnum de auditoribus suis egrum & egẽtẽ·lecto decũbẽ ꝺidicisset· in domi suam eum portari fecit·& qualibz nocte p quinqz circit ebdomadas ante ipz iacuit·eiqz in urinali ac cetis q̃ languẽtis requirebat necessitas ministrauit Et q̃is hoc fraterne cõpassionis grauareẽ onere legebat tamẽ & disputabat cõtinue·Freq̃nt urina le de manu decũbẽtis p̃ vanitate capitis excidẽs i tegrũ remanebat ipsius proculdubio meritis ·qui ei ꝓpter deum humanitatis obsequium exhibebat· Quidã etiam ꝺ scolaribus suis. morbum patiẽs in brachio ostẽdẽdũ ei cẽsuit quasi sancto·Cui respõ dit ille·Sua te deus gratia sanz ac virtute· i cẽstino scolaris ad magistrũ rediit·seqz sanitati restitutũ asseruit·Ac ipe magister eiusdẽ morbũ in suo bra chio excepit·quẽ patiẽter tolerãs paulopost & ip se curatus fuit·Die quadã in studio occupatus ob litus ẽ orõez illã·o imtemerata dicere. quam i hono rẽ beate virginis et beati iohãnis euãgeliste dicere consueuerat diligẽẽ ac ꝺuote·sequẽti nocte beat⁹ ei johãnes apparuit·et vt ei manum suam extẽderz ipauit·Gerebat siquidem in manu ferulam·qua ve lut in eum seuiens minabatur eius pcutere palmã Visumqz est ei p commimatõnis magnitudinez·ꝙ si eum peussisset·ex ictu incurrisz morte· At ille

mox clemẽtior factus·erectã manũ suspẽsã tenuit· & vt dictã orõnem extunc dicere non omitteret· familiariẽ psuasit LXXIIII Qualiter ad theologie studium se trãstulit

TRansactis ergo circiter sex annis·quibus in artib9 egregie rexerat· cũ adhuc socijs suis cursũ legeret arithmeticã appentez sibimet in somnis agnouit matrẽ suã·atqz dicentem Fili quid legis & que sunt ille figure quib9 vacas tam studiose Quo rñdente talia lego videlicz ostẽsis pptractãtib9 que fiunt in ea facultate· mox illa dexterã eius manũ arripuit· & in ea tres circulos pinxit· quos his nomib9·pater: filiꝰ· spũssanctꝰ·p ordinẽ singulis singulos insigniuit: Et addidit· Fili carissime·talib9 figuris & non alijs decetero intende·Qui voce matris edoctꝰ sese mox ad theologie studiũ trãstulit·intelligẽs nimiꝝ q scẽ trinitatis ygnitõ·theologie ysummatõ·& origo facultatis existit·Et qui priꝰ dum in artib9 regeret·in mane missas audire osueuerat: nunc ad religionis augmentum·media nocte matutinas in ecclesia sãcti mederici pisiꝰ audiebat·Post matutinas vero i orõnibus cum lacrimis & gemitib9·corazꝝ altari beate marie virgis vsqz ad diem cõsueuit pistere·Et ita demũ nulla quiete corpis iterueniẽte ad scolas cũ ceteris ouenire : Et sicut orãdi grã ecclesiam adijt nocte media·sic ipam adire ob cãm ysimilem hora studuit vesptina·in ecclesia reuerẽter & deuote sehũit·& in ea sedere q̃si nunq̃·vel rarissime osueuit Quẽ cum boni nois archieps ebroacẽsis theologie studio didicisset insistere·cogitauit & voluit vnaz bibliã pprijs ei sumptib9 prepare· Quod ille audiens renuit·nec voluit eam sibi fieri·verẽs ne q̃ monasteriũ ex eius scriptura ytingeret onerari· Siquidem & ipe psalteriũ glosatũ·&·xii·pphas & decretales epl'as hẽbat·que omĩa vendidit·pciumqz scolaribus egenis p suus erogauit· Et mirãtib9 socijs q̃ ytra morem oĩm studentiũ·codices sibi necessari os distraxerat·uni eorꝝ de hoc ipm pcunctãti· erio sic dicebat·Stulte oĩa p christo studẽtes pfectõni dẽmus vẽdere·ac p eius amore paupibus erogare Tãta vero auiditate sacras ãplectabaẽ literas q̃ i earuz studio pene mſomnes solebat ducere noctes ipsas LXXV Qualiter in theologia regens auditores edificauit

TAqz tam mirabiliẽ ĩ breui studẽdo pfecit·q̃ cito pꝰ paucos annos mltis cũ instãtia suadẽtib9·magistralem chatedrã licet inuitꝰ ascẽdit·q̃uis eñ duceretur amore veritatis & iusticie·impẽm tamẽ huic oneri·& indignũ se credidit hoc honore·Igiẽ sacre scripture doctor effectꝰ·& tanq̃ lucerna supcandelabrum positꝰ·omĩb9 pficere studuit· acsi oib9 eẽt natꝰ Erat eñ pdicator egregiꝰ·disputatorꝰ acutissimus·lector pius·Et in his ommib9 effundebat alijs quod ipse haubat ỏ fontib9 saluatoris·Freq̃nter multi & magni viri qui ad eum in scolis audiendum ofluebãt·inter legẽdũ a lacrimis se ytinẽ non valẽtes libros claudebãt·Mel siquidẽ & lac sub lingua hẽbat·Ideoqz dulcedinẽ non modicã· discipl'orum mẽtib9 instillabat·Vñ multi de scolis suis exierunt doctores eximij·vestigia quoq̃ scitatis eiusdem p viris secuti·Nonnulli etiã ecclesiasticis honorati·vel potiꝰ onerati bñficijs exonerantes seipsos religioni se dederũt·eius succẽsi facib9 lectõis Nimiꝝ ignis in altari cordis eius ardẽs iugit·aliis oñdebat lucis iter·Hinc & q̃dã nocte vidit per sõnium in scolis suis ignẽ fieri copiosũ·de quo septẽ a rdẽtes extrahebanẽ facule ytinẽtes misteriũ rei se cuture·In crastino dum legeret intrauit scolas·abbas quidã cisterciẽsis ordis·qui opletis lectõib9 abduxit secum septẽ ỏ se olarib9 suis· quos ignis septiformis accẽderat caritatis· Vñ spretis tpalib9 & mundo valefaciẽtes· viã vite felicit arripuerunt in monasterio dicti abbatis monachũ induẽtes·Horꝝ vnꝰ fuit clarevallensis abbas stephꝰ·quadaz die diputaturꝰ de scã trinitate cathedrã ascẽdit·& dum ibi discipulos expectans q̃nem in aĩmo volueret in somnũ resolutꝰ·visionẽ hmõi ẽnere meruit colũba ỏ supnis volauit ac se celerit ỏferẽs·ĩ ore suo mirificum corpꝰ xpi·quod q̃si sacrã ymuionẽ tribuẽs in eiꝰ ore posuit·& sic ad supiora celeriꝰ auolauit Expgefactꝰ ergo velut humanũ excedẽs ingeniuz excellẽtissime disputauit ac de beata trinitate pspicacissime disseruit·In pdicatõne quoq̃ ei mira grã inerat·& ignitũ eiꝰ eloquiũ·aĩmos auditorꝝ q̃ntũcũq̃ frigidos efficacit accẽdebat·Vñ & guilhelmꝰ comes salesbrie·qui lonza spata dictꝰ est·cum iam longo tempe nemi ofessꝰ eẽt·Ac de sumdo christi corpe iuxta morẽ vniuersalis ecclesie nõ curaret adeiꝰ moita ouersꝰ ẽ LXXVI De affectu quẽ erga crucẽ domicã habuit

QVm aũt populo pdicaret crucẽ domicaz manu ppria tenbat assidue·quaz frequẽter intuẽs·solebat nũc amarissime flere·nunc honestissime subridere· Flebat q̃dez vt dicẽ osueuerat·q̃ cum plures essent uerbi auditores pauci tamen factores existerent·cum tamen crhisti passionem haberent pre oculis· & exempla sanctorum eis innumera non deessent·Ridebat vero cũ crucẽ pio cõspicerz oculo recolens bñficia·que p eam p uenerãt toti mundo· Habebat etiã pro cõsuetudie qualibet die uel nocte domice passioĩs insignia meditãdo recolere·& in eis suauissime delectãdo illis medullitꝰ ihereze·quadã itaqz festiua die mltis occupatõnib9 & curis fatigatus cum puidere nõ posset lectõem crastinã· sequẽtez noctem i vigilijs expendit fere totã · Vnde circa aurorã irrũpente sõno eius occurrit memorie q̃ in nulla illius diei hora meditatꝰ fuisset iuxta morem de domica passione· Timẽs vero ne grauem capitis dolorem incurrerz·si anteq̃ irz ad ecclesiã & ad scolas nõ dormiret elegit potius aliquãtum quiescere ·ac solitam cõtemplatõem·in spe gratie dei tunc irrumpe· Cũ ergo se inclinasz ad lectulũ appuit ei hostis antiquꝰ tetz vultũ exhibens & horendũ· Vnde iritꝰ dextrã leuauit vt signum crucis facerz quã demon apph̃ensam tenuit ne leuarz·Ipe vero cõfusus ĩ domio quasi ambidexter sinistrã erexit vt idẽ facerz signaculum·sz dyabolus ipsa similiter apph̃ensa·q̃si saccus grauissimus cecidit sup eum Tunc deficientibus sibi viribus corporis orauit in spiritu dominum vt sua virtute seuientem cõtererz inimicũ· sicq̃ demon ab eo auulsus subito·cecidit inẽ lẽum & parietem proximũ in momẽto· surgens igitur celeriter·& sic prostratũ cernens demonem·cõfortatꝰ in fide ipsum cepit aggredi velut hostem·eumq̃ p horribile guttur eius arripuit:& illud stringendo fortiter ita dixit· Adiuro te p aspsionem sanguis crhisti ·vt michi non omittas dicere quid sit illud p quod tibi valeam plus nocere & te a meis inuestationibus coercere·Et dyabolus ait·p illõ quod nunc nomiasti · Et sic dyabolus victꝰ disparuit · se victam dolens ab eo quem suis vicendus viribꝰ estimauit·

De abstinentia eius & oratõne

Sic sanctus abstinentiã illibatã·in oĩb9 seruauit ab infãcia ſ·vt verbo·cibo·po = tu·somno·ceteriſq3 mundanis ſpeciebuſ quantũ virtus patiẽ humana·Solo pane cõtent9 & aqua·sextis p ãnum ferijs astinuit·& aliquãdo panem tãtum ſumens·nullum penitus liquorem guſtauit·Vnde nõnunq3 fiſſa videbanẽ eius labia velut humoris indigentia hians terra·pilis quoq3 fluẽtibus capitis & barbe·dicebãt hoc phiſici ex humor3 penuria puenire·Groſſis vtens cibarijs· quo cibus vel potus pcõſior & delicatior erat·eo mim9 ex eo ſumebat·Nolebat vt ſibi quis ꝓpter ſe diceret quid ſibi in prãdio eſſet apponendũ·immo ſepe cibum ſi coram eo laudareẽ guſtare nolebat· eo q3 lautum nouerat Omni ſcõa feria & quarta et in ſeptuageſima ſemp a carnibus abſtinuit· reliq3 q3 diebus quaſi nichil de carnib9 vl' piſcib9 degu= ſtauit·Nec ob hoc diſputare dimiſit aut legere ni ſi alia ꝓpedireẽ neceſſaria ratõne·Poſtq3 vo sacẽ dotij aſcendit gdũ·ad quẽ muit9 veit ſic & ad p cedẽtes ſacros ordines·extũc duras leges quas in carnis ſue p iudiciũ ſtatuerat·efficere ſtuduit du riores Rariſſime bis in die ꝓmedere conſueuerat·& hoc cum ad id eum alior3 iocunda ſocietas muita bat·deniq3 ſibi tm rigorem indixerat aſtimẽtie· q nõnulli ſuor3 credebãt ipm capitis inſaniã·vl' etiã mortem incurrere·Oratõni quoq3 ſedulus incũbe bat·& nuda ſolo genua figebat· Vnde nõnunq3 vi colliſionis erũpens ſanguis genu reſpſit alter3 aliud vero quaſi ſemp gibboſum extitit & calloſũ Singulis diebus a capite vſq3 ad pedes membra crucifixi ſingula adorabat·& in adoratõne cuiuſli bet· Adoram9 te xpe·pia voce dicere ſolebat·Per dies ſingulos tria cãtabat pia horar3·ſ·horas cano nicas·de ſpiritusancto·& de matre domini· cum officõ defunctorũ·Poſt primũ exurgẽs ſomnum mox ad oratõem vel meditatõem·ſeu lectõnem ſe ꝓferebat·& tã poſt matutinas q3 ante vigilans ſic ꝓmanebat· Raro nãq3 poſt matutinas dormiuit vllo tempe·nõ minuſ id obſeruãs hyeme q3 eſtate Q si forſan aliquãdo ſopor in eum violent9 irrue ret non ſolebat ad lectum recurrere·ſed in oratõ nis loco·vel in ſede ſua reclinãs caput·dormitare potius fatigatis ceſſit oculis q3 dormire· Lectu3 quidem habuit·ſatis honeſte ſtratum·nec tamẽ in lecto iacuit·ſed in ſcabello ſubpedaneo· nõnunq3 in terra ipa·aliquãdo aũt ad lectulũ caput pendu lum inclinauit· Aliquotiẽs vero vt nõ totũ corp9 ſed ꝑs media requieſceret ſedens ſolebat ſomnum cape. & hoc p annos circiter trigita vl amplius cre ditur obſeruaſſe·Limtheamia cooptoriũ· vel etiam culcitrã non habuit·ſed capa ſua vel ſcapulari ſeu certe pallio ſe ꝓtexit· ·LXXVIII· De cetera eiuſdem ꝓuersatõne·

Qestimenta vt ſepius habebat griſea.nec abiecta plurimũ·ſed nec plurimũ pcõſa Ludis ſeu ſpectaculis ſecularibus nunq3 ſe immiſcuit·ſed omni huiuſmodi quaſi vir9 quod dam qõ p oculos ad animã ingredi euitauit · De tractor3 pſequebaẽ·detractõnis abhorrẽs viciũ nec his vnq3 vl' ad modicum ſuũ accomodauit ani mũ vel auditũ·Beneficiũ eccleſiaſticũ & vnicũ tã tum·q3q3 plura pluries ſibi fuiſſent oblata nunq3 tenere voluit·niſi cum onere reſidentie·quod quo tiens lectõnibus vacare diſpoſuit·ſolebat nullius expectato conſilio reſignare Tandẽ vero vt liberius verbum dei poſſet abſq3 ſcãdalo & auditor3 ꝓdica re grauamine beneficium vnũ recepit · & retinuit quor3dam victus inſtantia atq3 ꝓce·Suſcepit ita q3 in nobili eccleſia ſalebie·cum canonia dignitatẽ theſaurarij·ad quã inuitauit eum epus· Recepunt aũt eũ canonici cũ reuerẽtia ſpeciali· Vẽtilatõib9 cauſar3 ſeu placitis meeſſe noluit·Et vt a cauſarum cognitõnibus eximereẽ·literas apoſtolicas impetrauit·Pecuniam non dico tãgere·ſed nec videre di gnum cenſuit·niſi eã quã manu ꝓpria pauꝑib9 ero gauit·Celaria vel alias officinas ſuas dedignabaẽ ingredi·incõueniẽs hoc eſſe iudicãs ſui nominis ho neſtati·Rerum quoq3 ſuarũ audire ꝓpotũ·ſibi cre didit inhoneſtũ·plus expẽdebat q3 haberet in red ditibus·vnde & ere alieno ſemp extitit obligatuſ A ſeruientibus ſuis carnis exigebat mundicia·Vo= lens ſemp omnem familiã ſuam foꝛe mundã· Nec vnq3 eis in ira moleſtus fuit etiã cum delinq3rent nec vllis omnino alijs·quoniã ſatagebat ſollicitus ſeruare iugiter pacem cordis· Q3 ſibi fuit in facl' tatibus ꝓprium omune facere ſtuduit·pijs vſibuſ egenor3·Nullus ab eius ianuis receſſit egenus va cuus·ſed accipiebat quilibet.put ſibi videbaẽ cõ petere·plus vel minus·Nunc panẽ·nunc bladum vel certe legumina que pari fecerat·paupib9 vnde cũq3 pfluentib9·pcipue famis tpe miniſtrabat. Li bris coram ſe poſitis in ſupior pte cõtra faciẽ habe bat eburneã & venuſtiſſimã beate virginis imagi nem·in circũitu throni ſui redemptõnis noſtre mi ſteria·ſculptura mirabili ptinentẽ· De codice ꝓce debat lectõ·ad yconiã referebaẽ oratõ De vtroq3 influebat ipius ſtudentis anime ꝓtemplatõnis ex taſis & dulcedo·Comeſtionis & equitatõnis tem pora quibus ſtudio nequiuit inſiſtere dicebat ſe p dita & inutilia reputare· Tantum reuerẽtie ſacre ſcripture detulit·q3 quotiẽs bibliã ſuã apuit priuſ eam oſculo honorauit·Appetitũ inanis glorie que virus virtutũ importunã ſe multipliciter ingerit· ſub quadã ſimplicitatis cautela & modo mirabili elidere conſueuit· LXXIX· De ꝓdicatõne crucis & miraculis p eum ibidẽ exhibitis·

Hic ei9 fama felix alpes trãſijt.& quoniã apoſtolicus eũ crucis amatorẽ eſſe noue rat legatõnem crucis ei cũ grãdi priuile gio omiſit·Poteſtatẽ quippe dedit illi ꝓcuratõnes ab eccleſijs & eccleſiar3 rectoribus accipe·vt eor3 carnalia meteret·quibus debuit ſpiritualia ſemi na re.Ipe vero hac poteſtate non vtens gratis euan gelium poſuit·& ꝓpriis ſtipẽdijs contra morẽ mi litantium militauit·ꝓpter quod & deus in ipo le= gatõnis itinere dignatus eſt eum innumeroſis mi= raculis honorare · Itaq3 dum verbum crucis apud villã lemeſtre populo ꝓponeret·acceſſit iuuenis q3 dam iuuenilibuſ irretitus oblectamẽtis vt ſibi vir ſanctus manibus ſuis crucem daret· Quẽ mulier quedã volens a ꝓpoſito retrahere·p palliũ arripu it·ſed non impune· mox eã manus ipius ꝓtracta dedit eidem intelligere non eſſe ſibi licitum chriſti militem a tam pio ꝓpoſito reuocare Que vidictã in ſe ſentiens cum flens & eiulãs clamores emitte ret.vir ſanctus diuini verbi baiul9·queſiuit a cir cũſtantibus quid hoc eſſet.Cũq3 didiciſſ3 plenius rei ſeriem·queſiuit a muliere·an de manu ſua uel= let accipe xpi crucem·Que ait uolo·Et dũ uir dei crucis xpi ſignaculum·ſuis imponeret humeris in ipa mox impoſitõe·mulier adeſſe ſibi ſenſit pfecte remedium ſanitatis·Similiter apõ villã ſtradewey

cum iuuenis quidã eo predicante surrexsset vt cru
cem sumeret·eius amasia ipsum tenuit·vt a pposi=
to reuocaret·mox ultio digna eam inuasit·& lumẽ
oculoꝝ subito perdidit·Que flens et eiulans·cla=
moribus pulsauit aera·vnde ei vna cum beato viro
plebs condoluit vniuersa· Et orante p ea viro dei
recepit lumen pditum·sicq; cum gaudio rediit ad
ppria p impensa sibi gratia laudans deum · Alias
cũ predicare deberet apud boklande vbi deo famu
labantur moniales cisterciens ordinis · priusq̃ ve
nisset ad p̃dicandum apparuit quedam monialis de
functa cuidam alij viuenti eam p̃monens in his ver
bis·Veniet inquit magister edmundus huc ad pre
dicandum populo·tu tradas ei filum· ut ex eo cru
ces faciat·qđ repositum inuenies tali loco · Moni
alis viuens credẽs defuncte monitis filum de loco
sustulit·& ad virum dei ut cruces inde faceret de
portauit· & crucibus multis de filo factis signati
sunt ꝯplurimi·idem tamẽ filum parum videbatur
ab intuentibus id admirantibus mĩorari·

LXXX· Itez de quibusdam miraculis illi?

Cum apud ciuitatem vi ter ons·
gornie extra ecclesiã ad p̃dicationem suaꝝ
cõfluxisset maxima multitudo ppli· cepit inter pre
dicationis p̃mordia·subito nubes horrida diffundi
& pluuiam cum turbine omiari Videns vir sanct?
auditorũ animos esse concussos ad diffugium·con
uertit se contra impetũ turbinis· & extenta manu
opposuit ei victoriosissimũ signum crucis·& ait·p̃
cipio tibi maligne spiritus·cum hac cõmotione lon
gius abscedere·nec astantem populum quo minus
verbum dei audiat·audeas impedire · Quo dicto
statim recessit spirit? ꝓcellarum . Et nubes lucida
obumbrans eos affuit·in circuitu vero eoꝝ pluuia
cum tempestate valida distillauit · Sic & pluries
& pluribus in locis·pluuiam uel ꝓcellam a loco p̃
dicationis sue repulit·Preterea dum eiusdem lega
tionis officio fungeret in multa gratia nocte q̃dã
in sua biblia studuit cum candela Et cum fatigatus
vigiliis irruenti somno nequiret obsistere·contigit
ipo dormiente candelam super libri lrãm cadere &
diutius sic arrere·Qui euigilans obstupuit· & pro
biblia quã carissimam habuit suspirauit·Et eleuãs
candelam exsufflauit fauillam que sup librũ rema
serat·nulla tñ ignis lesio super bibliam apparebat ·
Cum similit alia uice studeret ad lumẽ vigiliis gra
uatus somno succubuit·Et ecce mus intrans ĩ cru
cibolum·lumen dum huc atq; illuc discurreret suf
focauit Et euigilans cum repisset se sine lumine·su
spirans & gemens inclamauit nomen virginis glo
riose·subitoq; lumẽ ĩ crucibolo reperit·& de red
dito sibi celitus lumĩe letus fuit· Contigit aliquan
do eum in pede grauari apostemate· qđ antrem so
lent medici nominare·Qui sumpta penna cum qua
scribere cõsueuerat·tres siue quatuor cruces in cir
cuitu & vnam desup impingebat & dum cruces il
las depingeret·p̃dixit q̃ morbus ille pessimus ex
piraret · Qđ & factum est In crastino quippe pes
muentus est sine apostemate·nullo prorsus ipius
vestigio remanente · In eius quoq; ciliciis accidit
miraculum · qđ hic stili officio duximus omendan
dum · Quidam cubicularius eius cilicium & femo
ralia cilicina·que usu diutino mutauerant · ad ꝑbu
rendum accepat·que ille igni tradidit·sed ea ignis
allambens innoxie non vrebat· Siquidem virtutis
sue ignis oblitus·non valebat ipsa conflagrare cili
cia q̃si sacrata duceret·que vir sanct? tetigerat car
ne sua · Itaq; cubicularius ea ꝓiecit in aquam cum
grandi lapide·quib? submers·dixit mendacit se ea
ignibus cõcremasse· LXXXI: Qualit
in archiep̃m cantuariensem assumptus est·

Alis sanctus innocens impollutus·segre
gat? a pctõribus vacante sede cantuarie
elect? est in archiep̃m canonice diuina p
culdubio voluntate·Itaq; solennes nuncij ad eccle
siã salesbie venientes·cui?·s·erat thesaurari? ipsuꝝ
inquir ũt sed ibi non inueniũt·De hinc ad villaꝝ de
calue ꝓgit·vbi cõtemplationi vacans & gregis sui
regimĩ repezit · At ille nullaten? electioni de se fa
cte cõsentire voluit·sed semetip̃m eximaniẽdo mi?
ydoneũ assezuit dicens Ego vermis & nõ homo nõ
solũ tanti meriti·nec tante lrãture sum ut creditis·
sed & mund? quoq; in hoc decept? est · & vos er
ratis·At illi cũ precib? in ꝓposito ꝑsistentes adeũt
episcopũ salesbie· qui audita rei serie diffiniuit q̃
electioni cõsentiret · eiq; imiũxit in virtute obedi
tie·Ille tñ fixus mansit in ꝓposito · nec adhuc con
sentire voluit vllomõ· asserunt illũ mortalit pecca
turũ nisi cõsentiat·eiq; precauendũ ee ne deũ offen
dat. Talis em̃ inquiũt possz loco tui forte substitui
p quẽ ecclesia cantuariensz lesionem nõ modicã pos
set pati Vbi ergo sunt ambicõsi p fas & nephas se
vltro ingerentes in vineã domi cõcupiscentes ho
norem seculi·Ecce ambicioſus se ingerit & ꝑpellit
edmundus queri & accedere vix dignat· Tandez
itaq; victus eoꝝ precibus · imo magꝝ ratione con
uictus assensum prebuit·quẽ tamẽ assensum verb
patentibus non expressit· Dixit em̃·Nouit ille qui
nil ignorat·q̃ ñ me mortalit peccare crederem ele
ctioni de me facte nullaten? consentirẽ · Hac imp
fecta responsione otenti· de ci? ore verbum rapiũt
& ipsũ arripiunt atq; ad sanctum altare ducentes
eum·in terzaz cũ eo humilitez se pstrauerunt·hym
num te deum laudam? ingeminant·ocrepant cimba
la·& in laudem creatoris oms iubilant & exultãt·

LXXXII· Qualitez in statu illo con
Astor igit in popu uersatus est·
lo dei factus·in omibus magis ac magis
enituit virtutibus· Superioribus obedientiaz exhibe
bat & reuerentiam paril? concordiã & pacem· in
feriorib̃us cũ custodia disciplinã · Humilitas sicut
in eius corde p̃matum tenuit· sic & in omibus ei?
opibus p̃ma fuit· Nam calciamenta sua nõ erubuit
aliquãdo sibi distrahere· qđ in p̃mate totius anglie
humilitatis erat indicium euidens & insigne·Cum
vo clerici sui missã mãe nõ audissẽt aliquo p̃peditu
negocio·qđ eo oportuit agi tpe· ipemet ꝓcedente
die missam cõsueuit eisdem personaliter celebrare·
Iter vero agẽs·si quis ei peccata sua vellet cõfiteri
q̃muis pauprimus· descendens ilico cõfitenti audi
entiam prebuit · cõfesso existens affabilis & deuo
tus·Nec repellebat eum ꝓpter inequalitatem tpis·
seu etiam ꝓpter vicinitatẽ sui hospicij longiuscule
non distantis·nec induebat purpura & bisso vel
veste preciosa·sicut nõnulli solent ep̃i: tunicam ha
bens albam uel griseam·de precio satis vili Veruz
tamẽ vt frons sua cõueniret cetis supioꝝ vestes
honestas habuit·sed non studio vanitatis· De p̃di
cta vero corpis austeritate nihil sibi minuit · imo
de die in diem ut filius accrescens rigorem fere in
omibus ampliauit: Semper sibi durus & rigidus ·
aliis ꝑpatiens & benignus· In altaris officio totus
erat in lacrimis·ita se gerens q̃si exutus esset homi
nem·ac velut in carne dominicam geri cernerez pas

